Finelli

1650







Mag.

3) 2288/A

N.V 1) = pt 2 of 22602/A


17/6


FINELLA

=

(1) De duodecim coelestibus signis. 1650 [i.e. Pt 2 of 'De methoposcopia']
(2) De quattuor signis. 1649
(3) Primo libro de nevi. 1632

60 / A





PHILIPPI PHINELLÆ,

DE

Duodecim Cœlestibus Signis; in 360. gradibus diuisis cum eorum inclinationibus,& naturis.




ANTVERPIÆ Ex Officina Plantiniana; Apud Baldassarem Morenum. 1650.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

ILLVSTRISS. ATQ. EXCELLENTISS.
Domino,

D. DIOMEDI
PACECCO CARRAFÆ.
DVCI MAGDALONI,

Marchioni Argentij, Comiti Cerreti Guardiæ S.Laurentij Maioris, ac Minoris, Pontis Andolphi, Sancti Lupi, atquè Petreroyæ.



PHILIPPVS PHINELLA. S. D.

IN Thesauro Gemmarum, Excellentiss. Domine, inter tot Lapillorum genera, quos, Ego, mea mente reuolui, inueni tandem gemmam quandam, appellatam Hyacinthum: Hæc vero, præ cunctis, à Natura sibi inditis dotibus, tribus

quidem magis eminet, redditurq; illuſtrior: Prima eſt, quod geſtantis eam in digito anulari, virtutem vitalem fouet, plurimumq; viuificat: Secunda, ingenium acuit, mentiſq; aciem ad altiora extollit: Tertia, à ſagittis præſeruat, à tonitruo, & à fulmine Cęli: Quartam adeo, vt plures linquam, Peſtem fugat, & depellit venena. Sed, Qualis quæſo eſt Theſaurus iſte? Qualis gemma iſta Hyacinthi? vtiq; Præclariſſimum nomen tuum, tot, tantiſq; ſtemmatibus inſignitum: ad ſydera vſq; euectum: Illuſtriſſimum Genus tuum, Excellentiſſimaq; Proſapia tua. Ego quidem libenter,

par-

partum hunc meum Astrologicum typis dedi, at vereor, ne lues eum necet:ne venena inficiant: neuè Sagittæ transfigant calumniatorum: iure,igitur,ad Hyacinthum accurro protectionis tuę:tibi enim Opus hoc, qualecunq; (tuis licet meritis impar: Animi tamen mei amplitudine magnum (tibi, inquam dedico, tibi deuoueo, vt tua,hinc Ego fretus sub vmbra, tuoq; suffultus patrocinio, ingenium magis acuam ad altiora,in tui mer obsequium elaboranda.

TABVLA.

De

PHILIPPI PHINELLÆ,

DE

Duodecim Cœlestibus Signis; in 360. gradibus diuisis cum eorum inclinationibus, & naturis.

Cap. I.

EFficacissimis Astrologi experientijs, atquè demonstratiuis rationibus, corpora nostra, vt sublunaria, cœlorum esse subiecta in fluxibus cõprobant; eorum causa facilem, quam erga nos habent communicationem, vt à Luna mulierem, & marem à Sole dirigi, ac eorum subiici dominio videntur. Quod vero hominis determinati subijciatur Planetæ dominio membrum, sumitur à Sole à quo homo totã

dexteram, & mulier inde, quoque ſiniſtram recipit partem, ſplenem dominatur Saturnus, Iuppiter ſanguinem, Mars fellem, Sol cor, Venus carnem, Mercurius cartilaginem, & in Lunæ dominio eſt ſtomacus. Neque hic gradum ſiſtunt, verum illis Zodiaci duodecim reſpondent ſigna, Saturno exhibentes Capricornum, & Aquarium genuum ratione vnũ, & tibiarum alterum Ioui Piſci, & Sagittario pro coxis, & Marti propter pedes. Per caput Arieti, ac per verendas Scorpioni. Soli per Leonem (vt ſupra) cor, Veneri, Taurum, & Libra, vnum cauſa colli, & lumborum gratia alterum; Mercurio gemellos, & Virginem ob brachia, & ventrem, Lunæq; Cancrum refertur per ſtomachum.

Ex hoc, quod erga nos cœlorum eluceſcit dominium, quam ipſi cum noſtris corporibus habent communicantiam deducimus; hoc namq; ſemper præſuppoſito, vt talibus corpora noſtra cœlis ſubijciatur in fluxibus tanquam ſublunaribus, præciſa rationalitatis ratione, tali enim pacto ab illorum omnimodè fugiunt directione, quia ſimplici hominis induitur libertate voluntas, tantum ſua Altiſſimi recondita conſilio.

Quod Aſtrologi quando comprobare deſiderant, ab aſpectibus ſtellarum humanorum

cor-

corporum suboriri inclinationes asserunt, quorum sunt quinque diuisiones.

Primam inclinationem, diuisionemq; esse Trini, ideſt tertiæ obliqui Zodiaci partis, cuius longitudo eſt 120. graduum, ſecundam Sestilis, qui eſt ſexta eius pars lõgitudinis 60. graduum, tertium Quadrati, pars quarta 90. gradus longa; quartum eſt oppoſitionis, ſex finitorum ſignorum, ſeu longitudinem 180. graduum habentem; quintum Coniunctionis cum probis bona, & cum malis peſſima.

Horum ſecundæ aſpectuum tantum felices duo, vt Trinus, & Sextilis, Trinus maior, Sextilis, & minor; mali Quadratus, & Oppoſitio, ac infortunium maius. Quintus aſpectus eſt coniunctio cum bona perfecta, & peſſima cum malis, quod clarius infra, ex amicitia, & Planetarum inimicitia Aſtrologi, an malos influere debeant, vel bonos in ſublunaribus effectus deducunt. Primus aſpectus, dicitur Trinus, qui eſt quatuor ſigna completa conficientiæ aſpectum, vt exempli gratia, Arietis ſeptimo per 7. Leonis, diciur Trinus partilis; quia vero calidus, & ſiccus eſt Aries; Leo calidus, & ſiccus, ſecundum naturam concordant, & triplicitatem. Ex integris duobus ſignis eſt Seſtilis, ideſt 9. Tauti cum 9. Cancri, quoniam vero frigidus eſt Taurus ſiccuſq; &

frigidus, humidusq; Cancer, eorum concordantia, est secundum partem non secundum totum, seu, secundum frigiditatem; & quamquam triplicitas non adsit in concordantia ista, sunt tamen speciales potentię à quibus ortum ducit amicitia inter eas, eoque fuerit amicitia perfectior, quo magis inter eas concordantibunt, Cum tribus reconditur Quadratus signis, vt 22. Gemini, cum 22. Virginis, Gemini calidum, humidumq; signum; Virginis frigidum, siccum, naturas inde dissimiles habebunt, ac inter se inimica configurantur Oppositio est sex integrorum signorum, vt 24. Canchri cum 24 Capricorni, quæ non solum propter quas habent à natura inimicitias deuciant, verum propter absentiam.

Quintus aspectus est coniunctio, quę ea est cum duo Planetæ idem occupabunt signum.

Ex his aspectibus, Trinus est Sestilis fortior, Quadratus, minus malus Oppositione; Couiunctio est illa à duobus demostrata Planetis in vno eodemq; signo, & Coniunctio per 16. minuta ante, vel post dicetur. Quoad conbustionem vero per 12. gradus ante, vel post talis dicitur per 15. gradus dicitur non combustum. His, coniunctionis aspectus multipliciter fit, idcirco, aliqua bona, altera me-

dio.

diocris,& mala altera.

Bonæ ſunt Iouis coniunctiones, & Veneris, mediocres, Lunæ cum Mercurio, & malæ Martis, & Saturni.

Bonæ cum mediocris, Luna cum Ioue.

Bonæ cum malis Saturnus cum Ioue.

Malæ cum mediocris Luna cum Saturno.

Planetarum iſti aſpectus erga humana corpora mirabiles effectus demonſtrant, quia tanquam elementaria, magis cœlis ſubiecta ſunt, & tunc correſpondentia poteſt, cũ efficacius inter ſe agunt circa aſpectus Planetæ, præcipuè cum fuerint illi in gradibus cœli illis, vbi fixæ collocatæ ſunt Stellę, quæ eandem Planetarum habent naturam, maleficas tantum inclinationes influere compertum; & hoc intelligendum quòad cauſas ſecũdas, quoad primam enim, in immortalis Dei manibus omnia eſſe omnino propoſita ſcimus.

De XIII. Lunæ Aſpectibus; Cap. II.

PRimo coniunctio vniuerſaliter eſt cum Luna ſoli erit adiuncta.

Secundo eleuatio, ideſt quando diſtat à Sole per 15. gradus.

Tertio dicitur, Natiuitas, eritque cum primo ſero veluti falcis apparet.

Quarto dicitur, Tenuis, qui aſpectus is eſt quem ſupra diximus 60. graduum longe à Sole.

Quinto Quadratus, ille eſt, qui factus eſt per abſentiam Lunæ à Sole per 90. gradus.

Sexto Trinus per abſentiam Lunæ à Sole, ſpatio 120. graduum.

Septimus Oppoſitio, quæ eſt Lunæ appropinquatio quintædecimæ ſecundum 15. gradus.

Octauus, quintadecima eſt, quæ cum Luna ad Oppoſitionem tendit à Sole remotam per gradus 180. ideſt per ſex perfecta, vel finita ſigna, quæ medietas eſt Zodiaci.

Nona, reuolutio, ideſt cum deficere incipit ab oppoſitione remota per gradus 15.

Decimo, eſt Trinus ſecundus, qui fit in defectu, qui eſt à Sole per 120. gradus diſceſſus ex altera parte.

Vndecimus, eſt ſecundus Quadratus, cum Luna proxima eſt magis terræ, & ſi primus à Sole diſtat per 90. gradus, & ſecundum ſimiliter ſi habere putabis.

Duodecimo, ſecundus eſt Seſtilis, eſt quæ ma-

magis Lunæ appropinquatio Soli; vt primus Sestilis distans 60. graduum spatio.

Decimoterio, reuolutio fueritq; cum adeò erit Soli appropinquata Luna, vt nane elucescat vllatenus ante Solis ortum. Quod enim de Luna diximus, de Sole quoque intelligendũ esse asseramus, vt de qualibet altera Stella, idque de aspectibus intelligendum inter eas factos, idest Planetas, Stellasuè fissas.

De quem habent Planetæ dominio in tribus faciebus cœlestium signorum.

Cap. III.

VNicuiq; tres dedere signo partes, Astrologi viuis, validisuè comprobatas rationibus easq; appellarunt facies, & decem quibus gradibus peculiari decorarunt significato, ac dominatore. Principum sumamus à primis decem gradibus Arietis; quibus constituere Martem pro eorum peculiari Domino; secundos 10. sub dominio Solis; vltimosq; decem Veneri, igitur cum tripartita sit diuisio in tribus faciebus 30. graduũ Arie-

tis, tribus subiiecere Planetarum dominijs: intelligi primi decem Tauri gradus; Mercurio dantur; secundi Lunæ Saturnoquè tertij.

Decem primi Iouij, secundi Marti, & Soli tertij.

Primi Cãchri decem gradus, Veneri, secũdi Mercurio, Lunæq; tertij.

Leonis primi decem, Saturno, Ioui secũdi, ac Marti tertij, Virginis primi gradus, decem Soli, secundi Veneri, Mercurioq; tertijs.

Lunæ primus exibent decem Libræ gradus, Saturno secundos, Iouiq; tertij.

Primi decem Scorpionis, gradus Marti, Soli secundi, & Veneri tertij.

Primi decem Sagittarij, Mercurio, Lunę secundi, & Saturno tertij.

Decem primi Capricorni, Ioui, secundi decem Marti, & Soli tertij.

Aquarij decem primi, Veneri, secundi Mercurio, Lunæq; tertij.

Primi Pisci decem, Saturno, secundi Ioui, tertij Marti.

De

De ſignificatis proprietatibuſq; trigeſimo graduum ſigni. Arietis.

Caput IV.

POſt tres prædictas, ac ſupra explicatas facies, & poſt explicationem dominij ſupra eas Planetarum de 30. gradibus cuiuſq; ſigni cum peculiaribus eorum ſignificatis, quæ ſui gradus detinent, verba faciemus; veruntamē, vt noſtri reddantur faciliores diſcutius, & de ſigno, ac gradu dicemus quos ea dilucidabimus claritate, ac breuitate, qua noſter conſuetus eſt vti calamus in ſcribendo, & in hoc quoq; aduertimini, hos noſtros è continuis laboribus, & experientijs collectos fuiſſe diſcurſus, non Phyſonomicis, vel Metopoſcopis tantum, ſed Aſtronomicis obſeruationibus, vt vero hæc clarior vobis fiat ſcientia, hoc ponam exemplum, quo cęlum famoſiſſimæ cuidam aſſimilabo Ciuitati, famoſiſſima maximaq; aggreſſa gloria omnium mundi; diuerſa demonſtrans ædificia mirabilia, quorum 360. palatia inter eas ex formoſis pulcherrima, at palatium vnumquodq; ſuum de-

detineret signum, certum esset ibi omnes habitatores esse homines generaliter loquẽdo, veruntamen non omnes eiusdem essent naturæ, nam vni vna, alteriq; alterius accomodatá inclinationi naturæ.

Ita prorsus cœlum esse puto, quod Stellis est omnino plenum, quæ sunt populi; lucidiores, & quæ magis splendent, sunt nobiles, minus lucidæ, ciuiles: reliquę plebeæ, & ad huius veritatis confirmationem, pro certo habemus, quod quæ sunt in cœlo Stellę primę sunt, & secundæ magnitudinis, tertiæ, & quartæ, & si satis non sit, hoc etiam quintæ ad sunt, & sextæ. Nec quia maiores sunt, mediocres, & minores, illarum negantur naturæ, quoniam earum quęq; suum habet significatum. Quod enim admiratione mihi redditur dignum est, quod cœlum stellas ex natura Saturni, Iouis, Martis, Veneris, Mercurij, Lunæq; contineat, quod inquam, hucusq; apud omnes hoc non dum sit manifestum, est quia, tunc splendent Stellę lumenq; habent, cum à Sole illud suscipiunt, igitur concludimus, quod si Sol cęlum non illuminaret, non solum lumen non possiderent Stellæ, verum nec suos possent influire beneficos, vel maleficos influssus, quare per hoc ita eorum in sublunaribus virtus extenditur. Nampè per Solis in eis radiorum reflexus,


xus, & si dictum fuit aspectus esse quinq; idest duos beneficos maleficos duos, & neutralem vnum, fuit à Planetis perceptum, qui quamquam sint septem, Soli datur diei dominium, Lunæq; noctis, reliqui vero quinq; Planetæ, vt duæ naturæ beneficæ Ioui, Venerique duæ maleficæ Saturno, & Marti; si vero Planetarũ naturæ, sunt Elementis tributę, ita nobiliora sunt Elementa, & minus nobilia, quia superiora duo, duoq; inferiora sunt. Hoc totum ad rem nostram facere videtur, quia sunt in cęlo, vt dixi 360. gradus, qui successiuè se habent, nempè vnus post alterum, non tamen vnius sunt omnes naturæ, qui enim eorum frigidus siccusuę est, Saturni naturam connotat, si calidi, ac sicci, Martis, si calidi humidiq; Iouis, si frigidi humidi Veneris. Mercurium relinquimus, vt in multis nostrorum laborum locis diximus eius naturam, cum bonis probam, & cum malis pessimam. Vt vero nostrũ aggrediamur exemplum, quo cęlum cuidam assimilamus famosissimæ Ciuitati, vt Stellas fissas explicarem, fissas dixi 360. esse eius palatia, in quò ille habitat Dominus, in secundo ille alter, in tertio ille, &c. vt vero palatiorum omnium sciatis singulos dominos, ita faciatis, ex hoc numero 124. excipietis 30, & videbitis 124. ingredi 30. vices, & remanere 4, vide-

debitis ob quatuor vices introitus 30. erunt 4, significata, & 5, captum per 4, signa, incipietis numerare primum ab Ariete, secundo à Tauro, tertio à gemellis, quarto à Cāchro, quintum, cum aggredimini in signo Leonis vos esse videbitis; quoniam vero in 4, gradu Arietis, quintum quæretis signum, cuius denominatio est, de 30. Leonis gradibus in qua inuenietis, quartum gradum Leonis homines venationi deditos facere obseruabitis, &c. Cuius si causam quæretis, vobis duas Theorice, ac practice demonstrabo vias, primo quia, quod fixa Stella vim habet natum taliter tali tempore inclinandi ad tale officium, prouenit ex hoc, quod Stella, in tali gradu permanens eiusdem naturæ est; secundo per praxim, quod in venatoribus paritates dantur, & imparitates, id est aliquis magis, minusuè alter fortunatus. Nos circa hoc, docuit praxis, id ortum ducere ex solis fortunatis, infortunatisq; aspectibus, quod namq; die eorum ortum per dicti aspexerint gradus Horoscopantes, vt tempore protinus eo, quem foras ex matris, infans ægreditur vulua primamq; recipit respirationem, vt enim de illis discurramus, duodecim duximus Zodiaci signa cum 360. gradibus, de quibus certa poterit desumi notitia.

Vt

Vt à primo ſigno principium deſumam, dico; ſignum Arietis, calidum, ſiccum, diurnum, maſculeunquè eſſe; cuius eſt ignis natura, ac mobile eſt, Martis domus, & Solis exaltatio; tale ingreditur ſignum Sol die 21. Martij, & tranſit in æquinotialem lineam; 30. dierum in ſigno prædicto moratur ſpatio, nempè vſq; ad 21. Aprilis, quare per 30. dies totum illud terminat ſignum; cum vero prædictum fuerit Arietis ſignum in aſcendente cum ſubſcriptis gradibus, & aſpectibus ſibi tributa omnia habebit ſignificata, quæ ordine quodam breui infra dicentur; neq; in hoc tractatu vltra aſcédentem meus extendetur ſermo; totumq; de Arietis ſigno dictum, vel dicendum de reliquis intelligédum ſignis vſq; ad 360. gradus Zodiaci, & primo.


1



Cum Arietis ſignum fuerit in aſcendente cum primo gradu iſq; bonũ Iouis detinebit aſpectũ, vel Veneris, ideſt Trini, aut Seſtilis; fortunatum hominem nunciabit. Gradus hic, Viceduces magnos Dominos vocat, & minimi quamuis fuerint, exercituum

Duces, Gubernatoresq; nominabit, at si fuerit hic gradus à maleficis perspectus aspectibus, vt à Marte, vel Saturno, fuerint milites, bellaque amabunt, infortunati, & per ferrum, vel ignem peribunt, vel à veneno mortem recipient, si vero in eo habuerit aspectus mediocres Solis cum Dominis præualebunt; si cum Luna cum populis, per mulieribusq; si cum Mercurio, optimi euadent Geometræ probiq; legistæ, in hoc primo Arietis gradu, vna quædam cõfigurata est ex natura Martis Stella, & Mercurij.


2



Si cum secundo gradu ascendet, ibiq; in bono aspectu Iouis fuerit, vel Venus erunt fortunæ Domini; si vero cum gradu illo non aderũt boni aspectus; homines indè erunt furiosi, incapaces, vagantes, latrones; ac si huic secundo gradui præfuerit Mars, vel Quadrati erit, aut Oppositionis, vt à iustitia puniantur causa erit; Vnumq; si luminarium aspiceret per dictum gradum ascendentis cum malo aspectu, publicè eorum patebunt facinora; at


si

ſi luminaria ipſa in eis beneficos habebũt aſpectus ab ijs liberabuntur influxibus maleficis; ſi erit cum malo aſpectu ibi Mercurius, ſcripturarum ſignorumq; faciet falſificatores; in quo gradu Stella quædam adeſt, ex natura Saturni.


3 

Si cum tertia Arietis gradu in aſcendente erunt infortuniorum duorũ aſpectus infortunati; homines ſurditate affectos prodit; at ſi ibi Sol cum malo aderit aſpectu in diſpoſitione aliqua, dexter talis hominis afficietur oculus; ſi Luna ſiniſter; ſi Mercurius fatui euadet, ſi vero à contra fortunatos demonſtrabit aſpectus, vt Iouis, vel Veneris fortunati fuerint; & ſi eodem modo luminaria circa illum ſe habuerint, oculis non afficientur; ſi ibi Mercurius ex Trino præerit, vel Seſtili probi loquutores doctrinisq; erunt pleni multis; quæ ſupra hunc gradum cadit Stella, Veneris natura eſt,

Quar-

4 

Quartus Arietis in ascẽdente gradus, homines rapinę indicat deditos, & si habuerit malos Martis aspectus, vel Saturni ob eorum latrocinia laqueo suspensi peribunt; si vero Iouis in fautore aspectu erit, tali morte haud morietur. Cum hoc gradu, Saturni naturæ quædam, & Veneris Stella iacet.


5 

Quintus Arietis gradus, legistas maximos portendit homines, propter eorum studia, multis fruentur esaltationibus, quare ob hominibus honore maximo decorabuntur, & si Venus præfuerit in hoc gradu, vel illum per Trinum, aut Sestilem respicerent; Iudices apud Reges iudicantes consurgent, semper omnibus præualebunt, erunt suæ patriæ amici, at si loco duorum beneficorum cum infortunato aspectu fuerit


Sa-

Saturnus, vel Mars, ab eorum deponentur dignitatibus, in gradu quinto predicto sola quędam datur stella Veneris naturæ.


6



Quinto minor non est sextus, quoniam eiusdémet stellæ radij sextum attingunt gradum, & quo gradus hic fortunatos habebit aspectus beneficorum Planetarum, eo isti prævalebũt, ac magnopere in omnibus multum progressum facient scientijs, si armis se dabunt, apud Regem prævalebunt multum; Reges magnosq; habebunt pro amicis Dominos; si Iuppiter, vel Venus ibi cum benefico erit aspectu magnis fruentur esaltationibus; si vero Saturni maleficus aspectus vel Martis, nec violentam recipient mortem ob beneficam, quę sedet stella in sexto gradu, quæ est eiusdem naturæ, cum Venere, (vt supra.)

7 

Is est gradus septimus, qui si aspectum Iouis habuerit, vel Veneris; fortunati erunt homines, & in armis præualebũt, suisq; viribus; si Venus talem inspexerit gradum cum aspectu benefico, pij consurgent homines, & effeminati; si cum aspectu malo Mars erit, nempè cum Quadrato, vel Oppositione, male isti homines erunt formati, at si loco Martis Saturnus, erunt infirmi, varijsq; afficientur indispositionibus, imò præter hæc turpis faciei, & deformes demonstrabuntur; supra talem gradum quædam cadit naturæ Saturni stellā.


8 

Gradus octauus; parum fortunatos destinat homines, at si Iouem, vel Venerem in bono habuerit aspectu, sortiuntur Oppositum; si à Marte inspiceretur, vel à Saturno cum malo aspectu, violenta morirentur morte; si hic 8. gradus

dus per Sextilem, vel Trinum à duobus luminaribus, vel vno ex illis; cum magis connotaret Dominis amicitiam; si à Mercurio, perfectionem progressumq; in studijs maximum, hic stella quædam cadit Veneris naturæ.


9 

Gradus nonus, si cũ Iouis, vel Veneris fuerit aspectibus beneficis, longa fruentur vita homines, at si beneficos non habuerit aspectus in eorum iuuentute morietur, si cum ipsis gradibus malefici fuerint Martis, vel Saturni aspectus eorũ breuis erit vita morsq; violenta; Veneris, & Saturni naturæ est, hæc stella.


10 

Si cum hoc gradu, nec Iuppiter, nec Venus fuerit cum aspectu benefico, homines breui tempore viuent; si vero hic gradus malos receperit aspectus Martis, litigiosi erunt, pertinaces, parumq; Dei

amatores; at si Mercurius, vel luminaria in eo maleficos connotabunt aspectus, male erunt morigerati, vitijsquè omnino pleni; si duæ fortunæ cum aspectu benefico à tot iam dictis liberabuntur facinoribus huius Saturnina natura stella est.

11 

Si beneficum habuerit aspectum Iouis, vel Veneris, erunt honoribus maximis decorati homines, magnasq; agredientur dignitates; Regibus amici, ac magis Dominis, & in quocunquè gradu fuerint, ob dictos duarum fortunarum aspectus existimationis magnæ maximæquè laudis erunt, ipsis gradus, si Martis, vel Saturni habuerint aspectus maleficos, haud ad hoc peruenient, sed semper supra populares homines dominium obtinebunt super his gradus quędam cadit stella Saturninæ naturæ.


12 

Pro ascendente duodecimo veniente gradu Arietis homines præbet illustres; eo magis si cum talibus gradibus, Iuppiter, vel Venus pro Sestili, vel Trino fuerit, si vna similiter fortunatos, si Mercurius diuitias illis retribuet maximas, & ingenia, si Sol, longa fruentur vita; horum Planetarum quisq; bonam laudabilemq; adducit mortem; at si fuerit Mars, vel Saturnus cum malo aspectu, auferent dignitates, & exhibent infortunia, hic stella quædam cadit ex natura Saturni.

13 

Si bonos Iouis, & Veneris hic gradus non ostendēt aspectus; steriles fiēt homines in prolis generatione, si vero aspectus ibi seruabunt beneficos; prędicti prolem gignēt, lōgaue vita fruentur; at si Mars, vel Saturnus erunt aspectus malefici, vt Quadrati, vel Oppo-

positionis, breui viuent; stella dominatrix, est Saturnina.

14 


Si duarum fortunarum hic gradus bonum receperit oculum, fortunati surgent homines, negotiatoresq; magni, diuitijs pleni tractatibusq; efficacibus; verũ si illarum carebunt aspectus, erunt diuites, sed auari: quare circa mecchanicas se exercebunt artes; Marte cum Saturno in malo aspectu; pauperes, & infortunati valde; Saturni naturæ stellam hic gradus habet.

15 


Si in ascendente Iouis, vel Veneris beneficos habuerit intuitus; pulcherrimi erunt homines; si vero his priuabuntur aspectibus; erunt libidinosi multum in eorũ iuuentute; si malo oculo illum Mars inspexerit, vel Saturnus malo

ve-

veſtientur nomine, & mala morte morien-tur; huius ſtella gradus Saturnina eſt.

16 

Decimus ſextus Arietis gradus, cum nec Iouis, nec Veneris beneficos habebit aſpectus, dolo-ribus homines in tali natos gradu, denotat fu turos eſſe ſubiectos; ac precipue inteſtinalibus; veruntamen ſi malum receperit Martis intui-tum, vel Saturni prauum aſpectum, mala mo-rituros eſſe morte aſſerit, at ſpecificat; at ſi gradus prædicti cum bonis configurabuntur aſpectibus duarum fortunarum, nempè Io-uis, & Veneris, omnino ſic à ſuis liberabun-tur indiſpoſitionibus corporis, vt à morte mala; in his gradibus quædam eſt recondita ſtella; Veneris, & Saturni naturæ.


17 

Decimus septimus gradus Arietis, homines portendit Venatores; verũ si ab vna duarum fortunarum hi radiati fuerint gradus, per Trinum, vel Sextilem, Regũ illi Venatores erũt, Oppositum, si gradus ipsi in aspectu fuerint infortunato, expectandum, vt Martis, vel Saturni, quoniam à feris lacerati morerentur, quòd à Quadrato, aut Martis opposito procederet; si Saturnus, carceres aut venena eius stella, Saturni naturam sequitur.

18 

Hic gradus facit homines viatores, at si hic cum benefico aspectu erit Iuppiter, aut Venus, multa in tali exercitio fruentur fortuna, at si loco Iouis, & Veneris hi gradus à malo inspicerentur Martis, & Saturni aspectu, vt occisi homines moriantur causa erit, vel per morsum scorpionis, aut alterius venenosi ani-

animalis; ſtella eius eſt idem cum natura *Saturni*, & Mercurij.

19 


Gradus hic niſi beneficos habebit Iouis, vel Veneris aſpectus, in eorũ prima ætate peribunt homines, at ſecũ ſi Iouem, vel Venerem receperint longo tempore viuent; in malefico vero aſpectu Marte, vel Saturno commorante, ſi illum inſpexerint, violenta morirentur morte; ſtella eius ex natura Saturni, vel Mercurij eſt.

20 


Si in hoc gradu Iouis ad fuerit, vel Venus, aut horum habebit aſpectus beneficos; homines diuites, fortunatoſq; reuelabit, vt eorum quoq; fuerint filij Regibus amici; magniſq; magiſtratibus, longa fruentur vita, ac naturali peribunt morte, veruntamen ſi male-

ſi-

lefici erunt illi aſpectus Martis, vel Saturni, infortunati, breuiſq; vitæ naſcentur; eorum ſtella ſimilis eſt Iouis, & Mercurij naturæ.

21 

Gradum hunc à vigeſimo non differre videtur; at ſi duæ in hoc gradu non præfuerint fortunæ; vel maleficis conſpicerent illum aſpectibus, inepti erunt, & infelices; qui ſi probi fuerint aſpectus, fortunati euadent; at ſi Martis, vel Saturni habuerint aſpectus maleficos infauſtum eorum portendent finem, huius gradus ſtella Mercurialis naturæ eſt.

22 

Si in hoc gradu præfuerit Iuppiter, vel Venus, aut illum cum aſpectu inſpicerent fœlici, homines ſana longaquè fruentur vita; at ſi malefici Martis, vel Saturni prefuerint aſpectus cũ Quadratis, vel Oppoſitionibus, incommo-

mo-

moda,tam vitæ,quam fortunæ patientur;at ſi loco illorum Iuppiter,vel Venus illum ex Trino perſpiceret,vel Sextile;longæ erunt vitæ ; & fortunati;Oppoſitum operaretur Mars, & Saturnus, quia mortem retribuerent violentam,imò magis ſi eſſent in aſpectibus luminarium maleficis, in his gradibus ſtella quædã ex Veneris natura cadit.


23



Gradus hic homines ore infirmos denotat ; at ſi duo infortunia illum aſpicerent aſpectu malefico;multas in eorum perſona ſubſtinebunt plagas;at ſi Iouis in bono aſpectu ibi fuerit Iouis, vel Venus, tali haud contagioſo afficientur morbo;huius gradi ſtella, Venereæ eſt naturæ.


Quem-

24




Quemcumquè hic gradus sequetur boni aspectus Planetam; fortes destinat homines, & lussuriosos, veruntamẽ si ad fuerit Saturnus cum gradu prædicto, vel aspiceret per Quadratũ, vel Oppositionem, ad coitum impotẽtes reddentur; si Mars dannis afficientur quam plurimis ob eorum lasciuiam; Veneris consequitur naturam huius gradus stella,

25




Hic 25. gradus, homines manipulatores metallorum, idest aurifices, at si gradus ipsi secum Iouem, vel Venerem habuerint, aut fortunæ partem; secunda fruentur in eorum negotijs fortuna, verum si Martem habuerint, vel Saturnum, aut eorum aspectus maleficos; pauperes, ac mendici multum; eorum Mercurialis, & Iouialis est.

Hic

26 

Hic gradus si fortunatorum Planetarum aspectus non habuerit; homines reuelat timidos, ac metuosos; veruntamen, si aspectus habuerint maleficos Martis, vel Saturni, infortunati fuerint, breuisq; vitę; illosq; si per Trinum Venus, vel Sextilem Iuppiter, fortunati, ac lõgæ vitæ fuerint; cuius stella est naturę Saturni, Martisuè.

27 

Gradus vigesimus septimus lanæ, ac telæ contextores homines significat; Iouisq; si beneficos, vel Veneris aspectus retinuerint, diuites erunt, & fortunati, attamen si lorum horum fuerit Mars, vel Saturnus cum aspectu malefico, pauperes, latrones, & mendici, breuisquè multum erit eorum vita, quæ super hos gradus cadit stella, Martis imitatur, & Saturni naturam.

28



Homines talis gradus demõſtrat in indignis verſatos exercitijs, & ſi Iouis non habebũt, & Veneris beneficos aſpectus, infelices quã maximè, & infortunatos futuros eſſe demonſtrat, at ſi Mars, vel Saturnus in his gradibus cum malefico erunt aſpectu vna cum luminaribus, publica ob iuſtitiam pœnam afficientur; ſuper hos gradus cadens ſtella, Saturni naturæ eſt.


29



Si omnino hic gradus carebit aſpectu; homines predicit tonſores; ſi vero in his Iouis ad fuerit vel Veneris beneficus oculus, vel præſentia, illos fortunatos, famoſoſq; in tali arte futuros nunciabit, oppoſitum ſi duo infortunia præfuerint cum malo aſpectu cum gradibus illis, quoniam pauperes euadent, & infortunati; hic ſtella quædam Saturni cadit.

Hic

30



Hic gradus, immemores nunciat homines, ac fatuos; si Iuppiter aut Venus hanc bono aspiceret oculo gradũ; boni erunt ingenij; si Mars, vel Saturnus cũ malo eorum intuitu; pessimæ tunc fuerint naturæ, & malignorũ morum, at si mercurius ascendentem aspexerit nullatenus, vel Luna; omnino fatui erũt, & portentosi; stellam amplectitur quandam, Saturninæ naturæ, & Martis.

De trigesimo Tauri Gradibus.


Cap. V.

VEneris domus est Taurus, eiusq; frigida est natura, & sicca vt terra; cœli fixum est signum quod agreditur Sol, die 21. Aprilis, vbi vsq; ad 21. Maij moratur, in hoc signo exaltatur Luna; quotiesq; huius gradus signũ erit cum fortunatis Planetis, bonas indicant fortunas, optimasue exaltationes; & ratio est,


quia

quia fixarum ſtellarum natura, ex ſe talis eſt, vt beneficos, vel Planetarum maleficos comitetur radios; itaq; bonæ maleq; influuntur in hominibus inclinationes, quę cum fixa ſtella in benefico ſituata erit Planeta; probę vtiq; fuerint, cum hæc ſigni fautrix dicatur, aſpectuſq; vt e. g. ſtella lucida primæ magnitudinis, beneficæ naturæ eſt; quid mirum, ſi benefice influet, ac nobiſcum iuxta ſuam naturam operetur; multoties oppoſitum venire videtur, & erit gradus dominatrix ſtella malefici aſpectus, propter quam, ſuam influit malignitatem, deuelatq; naturæ ſuæ effectus ſimiles; igitur ſignum hoc Tauri, quando fuerit in aſcendente per omnes 30. gradus indifferenter propter fixarum ſtellarum ſituationem, effectus nunciabit in illis gradibus, & vt ſingilatim dicamus primo.


Cum

1 

Cum Taurus ascendens fuerit cum primo eius gradu ascendentis; hominem, bonæ indolis indicat floridi, perspicacisq; discursus, probus Poeta, Astrologus, magnusq; geometra erit, & si in hoc gradu Tauri, Iouis, aut Venus erit, vel illum inspicerent pre Trinum, aut Sestilem, in omnibus in quibus se exercebunt exercitijs, secunda fruentur fortuna, Oppositum, si vnum ex duobus maleficis ibi cum málo ad fuerit aspectu, eritq; per Quadratum, vel Oppositionem. & illos, magnos occultarum rerum inuestigatores redderet, veruntamen homines in futuris prædicendis peritos nunciaret. In hoc primo Tauri gradu eius præest stella Saturninæ naturæ.


2 

N si præfuerit in hoc gradu Iuppiter, vel Venus; aut illum per Trinum, vel Sextilem perspexerint; essent homines vituperosi dediti exercitiis, & si cum malefico Martem, & Saturnum habebunt aspectu, ab illo, casum ab alto, præcipitia, & miserias ex hoc expectabunt, quæ super hunc gradum cadit stella Mercurialis est.

3 

Hic misteriosos homines designat gradus, Veneremq; si habuerit, vel Iouem, aut illi bonos tribuerent aspectus, perfectis oratores, maximosq; concinatores futuros portendit; at si Martem, vel Saturnũ cum aspectu malefico, infortunati in illis exercitiis, attamen Mercurium, si habuerit in ascendente, vel medio cœli, aut in quolibet altero Planeta benefico, eo magis docti euadent; hic stella Mercurialis naturæ situatur.

Quar-


4 

Quartus hic gradus, quãquã fortunatos habeat Planetas, tamen homines, iracundos, furiosos, primisq; subiectos motibus nunciat; verum si Iouis, aut Veneris beneficum admiserit aspectum, longo tempore viuent, ac fortunati erunt; Martem vero, vel Saturnum si cum malefico aspectu receperit, maximis vexabuntur infortunijs, breuemq; habebunt vitam. Huius stella Saturni sequitur naturam.


5 

Hic gradus; homines multis, varijsquè periculis subijcit, at si Iouem, vel Venerem habuerit præsentem, aut eorum aspectum beneficum à tot euaderent periculis; si vero cum malo aspectu Mars, vel Saturnus erit; miserabili perituros esse morte portẽdit, & id propter fixæ stellæ malignitatem, quæ Martis naturæ . . . ; quare hic semper est bene considerandus an-


gulus aſcendentis, vt quoquo, cuius ſic naturæ, quæ eſt in aſcendente ſtella, quoniam tantum in aſcendente hominis vitæ ſita eſt.

6 

Gradus hic ſextus homines inclinat, laſciuos impuros multūq; in eorum iuuentute vitioſo malo afficientur nomine, peſſimiſq; moribus; verum præſente Ioue, vel Venere, ſaltem eorum aſpectibus beneficis, vitio carebunt omnino è contra vero ſuper eos imperante cum malo aſpectu Marte, vel Saturno, nam peſſima propter iuſtitiam morientur morte; veruntamen, ſi duorum maleficorum vnus malum ibi connotabit aſpectum, nempè in gradibus prædictis aſcendentibus, alterumq; fuerit in octaua, laqueo ſuſpenſus hic homo morietur; talium graduum ſtella, Martis, & Saturni naturæ eſt.

7 

In futuris prædicendis homines peritos hic gradus indicat;si vero Iuppiter, vel Venus in eo beneficos seruabit aspectus, fortunatissimis, maximiq; nominis futuros esse indicat illos; si enim mali erunt aspectus Mars cum Saturno,ita vt per Quadratum, vel Oppositionem tales inspiceret gradus; infortunatos, paruєq; existimationis redderet; quæ hic continetur stella Mercurij naturæ exibetur.

8 

Homines hic gradus decoremagno,maximisq; bonis ornatos nunciat; attamē,si Iouis,vel Veneris aspectus non deuelabit; erūt volubiles, & in iuuentute peribunt; verum si boni erunt aspectus,stabiles, longæue vitæ reddet; si in quam' per Quadratum, Mars, aut Saturnus;octauum hunc respiceret gradum Tauri

 vel


vel per Oppositionem; eorum violenta erit mors; talium graduum stella Saturni, & Veneris est naturæ.

9



Ad impietatem, enormissima vitia, & ad scelera inclinat hic gradus homines; tamen si Martis detinerit præsentiam, enecati peribunt; si Saturni, ob iustitiam. Idem asserendum si duo infortunia p Quadratum, vel Oppositionem aderunt; si Iuppiter, vel Venus, cum beneficis aspectibus, Martis; quodq; propellerent infortunia, & vitium, Veneris imitatur naturam, & Saturni hæc stella.

10




Hic gradus homines inclinat malignos, ac pessimos; si vero erit duorum infortuniorũ, nempè Martis, præsentia, ac Saturni maleficos connotabit aspectus, eorumq; violentus fuerit interitus; at si


si Iouis, vel Veneris, vel eorum aspectus benefici ex Trino, vel Sestili; malam propellerent gradus malignitatem, nec talem expectabunt mortem, Saturninæ, & Veneris naturæ huius est stella.

11 


Gradus hic vndecimus; male affectos homines denotat, hydropi, & obstructioni subiectos, & si inspecti fuerint cum bono Iouis, & Veneris aspectu, tales malæ fugabũtur inclinationes; si vero ex his beneficis Planetis vnus horoscopans fuerit cum gradibus illis, non solum, tales fugerent influxus, verum fortunati etiam erunt; at si in hoc gradu vndecimo præsentia erit Martis, vel Saturni, vel eorum aspectus malefici, morte in eorum iuuentute afficientur. Hic stella quædam Saturnina, & Veneris naturæ cadit.

12 


Amore in sequentes ignē, vel ignivoma arma homines hic docet gradus; verum Ioue, vel Venere in eo præsente, aut illorum beneficis aspectibus à tali liberabuntur morte; Si vero in 8. vnus ex duobus adfuerit maleficis; alterq; cum malo aspectu in ascendēte? Martis ratione ab igne, & causa Saturni ab inimicis mortem recipient, vel à iustitiæ iussu; Saturni naturam eius stella imitatur.

13 

Digladiatores, & in armorum ludis versatos hic gradus designat homines; si nāq; Iouem, vel Venerem habuerit comitem, vel eorum aspectus beneficos; Regum euadent magistri, ac maximorum dominorum; si duo infortunia ad illum maleficos immiserint aspectus, Mars namq, aut Saturnus; eorum breuis erit interius, propter quod afficientur indispositionis; hæc stella est naturæ Martis. Im-


14 

Immundos homines, fordibusq; plenis hic gradus prædicit; si enim bono duarum fortunarum carebunt aspectu, adeò male olebunt, vt illos odio insequentur omnes; & si Martis, vel Saturni habuerit aspectum maleficum, violenta morientur morte; Saturni naturam hæc stella sequitur.


15 

Homines libidinosos hic gradus indicat ob eorũ calorem nimium, crapulatores, mendaces, loquacesq; Si Iouis vero, vel Veneris habebunt præsentiam, & eorũ aspectus beneficos, tot maligni contempe-rarẽtur influxus; si Martis aut Saturni infortunatos aspectus, eo magis vitiosi, & infortunati fient; talis gradus stella, Martialis est.

Fa-

16 

Facinoroſos, peſſimoſq; gradus iſte homines nũciat; eoq; peiores erunt quo Martis recipiet, vel Saturni aſpectus maleficos; ſi per Trinum per ſpectus erit hic gradus, vel Seſtilem, aut Iouem habuerit præſentem, vel Venerem; has malas certè fugerent indicationes; eius ſtella, Martis, & Satutni naturæ eſt.


17 

Iſte gradus fabros ferrarios homines denotat; ſi tamen Iouis, vel Veneris præſentiã habuerit, aut eorum aſpectum per Trinũ, vel Seſtilem, quam maximè fortunatos futuros eſſe demonſtrabit; ſi Martem cũ aſpectu malefico; ob caſum ab alto peribunt; ſi Saturnum in carceribus, propter aliena bona, atq; curiæ iuſſu, quam habet hic gradus ſtella Saturnina eſt.

Ho-


18 

Homines hic gradus efficit, pacificos, humiles, ac ſubditos; ſi cum Veneris, vel Iouis aſpectu, aliorum priuabuntur ſeruitute, ac Domini euadent, imò prelati multoties erũt, quare ſecunda fruentur fortuna; ſi vero duarum fortunarum aſpectu carebunt, pauperes, latrones, ac miſeram ducent vitam, at ſi Mars ei ſuos mitteret maleficos aſpectus, fortaſſe vulnerum cauſa vitam terminabunt ob Dominum ſuum, ſi maleficorum Regnum Saturnus fuerit in aſcendente; augnſtijs vexationibus, ac carceribus afficientur; huius ſtellæ natura, Iouis eſt.

19 

Si Iouem, vel Venerem hic gradus habuerit præsẽtem, vel aſpectus connotabit beneficos; naturali morte moriẽtur; ſi his carebunt aſpectibus; ſteriles fuerint, ſi Martem cum aſpectu malefico, ab alto cadent, & fortaſſe in igne,

igne, ſi Saturnum, in aquis immergentur, vel propter venena, eorum imponent vitæ terminum, naturam ſequitur hæc ſtella Iouis eſt.

20 

Libidinoſos nunciat homines, & circa libidinē vitioſos in eorum iuuentute; & eo peiores erunt, quo Martis maleficos recipient, vel Saturni aſpectus, quoniam punientur à iuſtitia, ſi loco illorum, beneficos Iouis, vel Veneris comites habebunt aſpectus è contra fuerint caſti, & morte morientur naturali ſtella illorum eſt.

21 

Hic gradus, hominibus violentā retribuit mortem; eo magis ſi erit cū Marte, vel Saturno, aut eorum malo aſpectu, Quadrati, vel Oppoſitionis; lacerati, maleq; morientur, at ſi Iouem, vel Venerem cū aſpectu benefico oſtēdet

det,tali priuantur morte ; atque si vna duarum fortunarum in aspectu benefico, alteraquè in octaua haud hunc poterunt bonum fugere influssum;stella hæc est Martis,& Lunę naturæ.


22



Gradus hic, segnes inclinat homines, ac maleficos,vitiosós multum in eorum iuuentute, scelestes; at si vnum ex duobus infortunijs cum gradibus prædictis fuerit; violenta morte moriendos asserimus; si Iouem, vel Venerem,vel aspectum eorum per Trinum, aut Sextilem habuerit,gratiosi, comici, & Istriones publici erunt;eorum stella est naturæ Lunæ, & Martis.


23

Instabiles gradus hic portendit homines, & instabiles; si vero Iouis, vel Veneris habuerit præsentiam, eos reddet pacificos, & fortunatos, at si Martis, vel Saturni, vel illorum aspectus maleficos, multis afficientur varijsquè vexationibus; naturæ Martis est hæc stella, & Lunæ.


24

Musicos hic rgadus facit homines, si vero Iouis, vel Veneris beneficum habuerit aspectum, vel illorum præsentiam; fortunatos, excellentesq; euasuros denotabit in tali arte, eius considerãdum oppositum; Saturno ibi, vel Marte præsente per Quadrato, vel Oppositionem; quoniam non solum violenter morerentur, sed miserrime multum; hi gradus quandam habent configuratam stellam Martis, & Lunæ naturæ.


Ho-

25 Homines ſutores hic gradus promittit, & quòd ex tali officio vitam ſuſcipient, ſi vero Iouem ſecum habuerit, fortunati erunt; ſi huius aſpectus beneficos, ac Veneris, in lucris fortunatiſſimi; ſi Mars, vel Saturnus cum aſpectibus maleficis; miſeram ducent vitam, veruntamen, ſi bonis, & malis carebunt aſpectibus, tantummodo ſutores erunt, talium ſtella eſt Saturni Iouiſq; naturæ.



26 Omni hic gradus priuatus Iouis, vel Veneris aſpectu, homines vnũ tantum habentes oculum declarat, imo à ſurditate vexabuntur, ſi Iouis aſpectus bonos, vel Veneris oſtendent; has malas reijcerẽt inclinationes; ſi Martis, vel Saturni erunt aſpectus malefici violenter morituri periculum habebunt in eorum iuuentute; hic ſtella recorditur quædam Saturnina. Hy-



27 


Hyſtiones optimoſquè repræſentatores deuelat homines; Iouis tamen habente, vel Veneris aſpectu benefico, in maximo gradu luxurioſos in iuuentute illos denotat, ſi in his gradibus malefici adſuerint Martis, aut Saturni aſpectus, ob tale vitium, mortem à iuſtitia ſuſcipient; at ſi illum Iuppiter, vel Venus per Trinum inſpexerit, aut Sextilem talia deijcerent peſſima vitia; huius ſtella Iouis, Lunæq; ſequitur naturam.

28 

Gradus hic omni benefico dum fuerit Iouis, vel Veneris priuatus aſpectu; homines in eorum ætate prima repræſentat diuites, & in ſenectute miſeros, miſeraq; illos afficiet morte, veruntamen ſi aſpectus obtinuerit beneficos, duarum prædictarum fortunarum, fortunati ſemper fuerint, at ſi il-


li malefici erunt aſpectus Martis, aut Saturni, dum iuuenes erunt, violenter peribunt; Saturni, Iouiſq; eius ſtella imitatur naturam.

29



Portendit hic gradus homines furioſos, ſuperbos, & imperioſos, atq; cupidos quam maximè dominandi, & imperādi; ſi vero hic gradus Iouem obtinuerit, vel Venerem; cum ſuperbiam dominabuntur ſemper; ſi Martem, eorum fuerit finis violentus; ſi Saturnus infortunijs ſubiectos, reiectoſq; ab omnibus; ſtella ſuper hos gradus cadens, eſt Saturni, Iouiſq; naturæ.

30



Hic vltimus trigeſimus gradus, multum affabiles efficit homines; ſi Iouem, vel Venerem habebit præſentem; nobilis animi in eorū omnibus actionibus illos declarat; at ſi Saturnum, miſeros, &


mendicos; si Martem, audaces, & apud magnos Dominos præualebunt; attamen si cum maleficis illis hi gradus in Quadrato, vel Oppositione fuerint, quidquam bonum nunquã sortietur. Sita est in his gradibus Saturni, & Iouis naturæ stella.

De Trigesimo Gemini gradibus.


Cap. VI.

CAlidum, humidumq; est hoc Gemini signum, Aeris consequens naturam; domus Mercurij, ac commune est signum. Draconis capud in signo prædicto exaltatur; Tale agreditur signum Sol 21. Maij; & vsquè ad 21. Iunij, ibi moram trahit, hasq; infra dicendas nunciabit inclinationes toties hoc signũ, quoties infrascribndos gradus habuerit Comites.

I




Tali primo gradu Geminarum in ascendente omni denudato fortunato non Planetarum aspectu, & infortunatorũ; principalissimi omnium in Ciuitate sua erunt homines; at si hic gradus Comitem habuerit Saturnum, primum in eorum patria locum obtinebunt; quando præest Saturnus, felicesque habet cum luminaribus aspectus eosdemmet indicat effectus; at si maleficos; ob principium iram mortem recipient; si Mars, propter inimicitias; si Iuppiter, vel Venus, vel illorum aspectus benefici, venerabuntur; ita eorum causa benignitatum, vt officiorum; gradus hic quandam habet stellam naturæ Martis.

2

Gradus secundus, reddit homines fortunatos, naturalemquè illis tribuit mortem; si enim Iouem, aut Venerem habebit præsentem, exercituum magnos futuros Duces donotat; Si Martem, maximos militum ductores; si Saturnum à longe videbunt, seu visum possidebunt acutum; si Lunam; incognita multa longinqua agredientur viatica in mare, ac per terram; at si beneficis, maleficisquè carebit aspectibus; homines iustos, pios, ac probos educabunt filios; si Iouis, & Veneris priuabuntur aspectu benefico, naturæ sterilis erunt; Martialis est talium gradum stella.

3

Hic gradus, homines primos in actionibus magnis nunciat, Sacerdotesq; Iouis, aut Veneris, si præsentiam obtinuerint, vel cum benefico aspectu in gradibus illis, & prelati maximi erunt, si Martis, aut

aut Saturni, vel eorum aſpectus receperint maleficos, mala, vel caſuali morte morientur Martialis eſt ſtella illorum.

4 


Pulchri, & delectabilis aſpectus hic gradus propinat homines, & à Principibus amatos sẽper; propter probos eorũ more aſpectus amabiles, venerabũtur; hiſq; gradus, ſi Iouem, vel Venerem, aut eorum aſpectus beneficos receperint; magni euadent Domini; at ſi Martem, vel Saturnum cum aſpectibus maleficis; dignitates de medio tollunt, ſi bonis, maliſuè priuabuntur aſpectibus; amabiles à Regibus, ac dominibus magnis illos connotat. Martis hæc ſtella imitatur naturam.

5




Generosos, superbosquè gradus iste homines portendit; si vero Iouē habuerit, vel Venerē, ob eorum secundam fortunam exaltabuntur. Cujus nunciādum oppositum, Marte, vel Satuno ibi commorāte, quoniam miseri, & infortunijs pleni erunt; in eorum negotijs omnibus infortunati, quādo duarum fortunarum maiorum aspectus perceperit; multoperè fient pauperes; Saturni Ioiusq; naturam hæc stella consequitur.

6




Homines, quid Diuini habentes hinc surgunt, ac poetę excellentes; attamē si Martem receperit, vel Saturnum; satirici poetæ fuerint, & maledicentes; quare infortunati semper in eorum actionibus; Iouialis est stella eorum, & Saturnina.

7



Gradus hic septimus, homines carcerum curã habentes denotat; at si Iouem habebit; vel Venerem; fortunati erunt multum, in hoc officio; si Martem infortunati; si Saturnum, infirmi, ac male affecti, & multoties pauperes, mendicique; talis stella est Iouis, ac Saturni naturæ.


8



Ad musicam hic gradus inclinat homines; at si Venerem hi gradus, vel Mercurium habebunt; in musica quam maximè periti euadebunt, si ambo præfuerint; ex primis mundi musicis erunt; si Iouem fortunatos, si Martem, bellũ amplectentur, ac in bello morientur, si Saturnum infortunatos, maleuè affectos; stella eorum naturæ Saturni est.

9 

Nonus gradus homines præbet laborioſos; verum ſi Iouem habuerit, vel Venerem præſenté, fortunatos, idemq; facient, dum beneficos in illis gradibus ſeruabunt aſpectus, ſi Martem, vel per Trinum, aut Sextilem, felices multum in officijs ſuis fuerint homines, verum omni præciſo aſpectu, operarij tantum erunt; at ſi maleficos receperit aſpectus Saturni, vel eius præſentiam; redderet illos infortunatos, & male affectos corporis; Iouis eorum ſtella ſequitur naturam.


10 

Homines gradus iſte corpore infirmos, ad vitã ducendam incognitã, & ad mortem ob longas infirmitates, ex affectu pulmonis ortas inclinat; verum ſi gradus ipſi comitem habuerint Iouem, vel Venerem, prædictas contemperabunt infirmitates, ſi Martem, magis

præ-


prædictæ crescent inclinationes, si Saturnum à valdè longis vexabuntur infirmitatibus; illorum stella est Martis, ac Mercurij naturæ.

11




In armorum ludis versatos homines denotat hic gradus; verum si vna duarum fortunarum, vel eorum aspectus aderunt, fortunati fuerint in illo officio, si Mars, viuaces probiquè milites, si Saturnus cum aspectu malefico, infortunati semper, at omni bono, & malo his gradibus denudatis aspectibus, primam tantum inclinationem recipient; eorum Martialis, & Mercurialis est stella.

Ho-

12 


Homines ineptos in armis ſignat hic duodecimus gradus, at ſi habuerit Iouis, aut Veneris præſentiam, vel eorum aſpectus beneficos à praua fixæ ſtellæ malignitate liberantur; Marte vero ibi præſente nunciabit oppoſitũ; quoniam à ferro mortem recipient, ſi hic erit Saturnus, vulneribus morerentur venenatis medijs longo tẽporis ſpatio; horum ſtella graduum, Martis, & Mercurij naturæ eſt.

13 

Infirmos, & morte moriendo ex hyprope orta homines talis nunciat gradus, & eo magis verificabitur influxus, quò Saturnum præſentem habuerit, ſi malos Martis aſpectus; Saturnum excedit, ſi Iouem, vel Venerem cum benefico aſpectu, vel illorum alterutrum in ipſis gradibus, nunquam ex hydro-


dropiſi mortem detrahent, veruntamen omni dimiſſo benigno, & maligno aſpectu; nidrops illos oncidet, vt ſupra diximus; quorũ ſtella eſt Martialis, Mercurialiſq.

14




Homines gradus hic decimusquartus ab alto loco precipites dandos aſſerit, eoque magis caſus augebuntur, quo Mars propinquior, vel eius aſpectus maleficus; ſi loco Martis Saturnus, longis afficerentur infirmitatibus, ſi vero Iouem, vel Venerem amplectentur, vel aſpectum illorum per Trinum, aut Sextilem, ab omni liberarentur praua indicatione; ſtella illorum eſt.

Ef-


15 

Affęminatos,molles, corporiſquè graciles homines hic gradus repreſentat, ob earum enim pulchritudinem amabuntur, ſi gradus iſti Iouem, aut Venerẽ receperint; vel aſpectus illorum beneficos; illos reddet fortunatos,affabiles, pioſquè ſi Martem, vel Saturnum,vel aſpectus maleficos eorum, infortunatos,at vero omnibus ſpoliatis aſpectibus, primam dictam inclinationem obtinebunt; Mercurialis eſt ſtella illorum.


16 

Homines gradus hic ſubijcit ſeruitio alieno, & aliquando,ſi Iouis, vel Veneris benignum receperit oculũ, vel præſentiam, magna apud Dominos fortuna fruẽtur ſecunda,ſi Martis, vel Saturni, infortunati erunt; ac malemerebuntur de illis eorum Domini;horum ſtella eſt Martis,ac Mercurij naturæ.

Pal-

17 


Pulchri aſpectus homines, magni corporis, verecundioſos, fideles, & pios connotat; Iouis vero, vel Veneris ſi præſentiam, vel beneficum receperint intuitum, Diuines, & dominorum amicos, ſi Veneris cum magnis nobilibus mulieribus præualẽbũt, ſi Martis, loquaces dummodo infortuniorum duorum non habuerint aſpectus maleficos; nam pauperes tunc, & infortunatos futuros eſſe dicit; Venereæ naturæ hic recondita ſtella.

18 


Gradus iſte homines in armorum ludis verſatos inclinat, ſi vnam ex duobus fortunis, vero recẽpſerit, in hoc exercitio fortunati erunt, ſi in aſcendẽte Martem, armigeros, & vulneribus ſubiectos ex ferro, quotiſcunquè Mars cũ aſcendentis gradibus eſt, vel intra aſcendentem; eorum fuerit vulnerata facies, & caput,

ſi

ſi Saturnum, pauperes, tardiquè erunt motus, Mercurium, & Martem eorum imitatur ſtella.


19 

Homines moriendos ex ferro nunciat gradus, eo magis, ſi Martem hi gradus connotauerint, ſi Saturnum, morientur miſeri, ſemperquè in aquis ſe exercebunt, ſi Iouem, vel Venerem, vel aſpectũ illorum beneficum, haud infortunati, ſed diuites fuerint, ac omnino aliena carebunt ſeruitute; Veneris ſequitur illorum ſtella naturam.

20 

Spiritoſos, & in multis verſatos officijs homines oſtendit, ſi cum his gradibus erit Mars; populorum gubernatores, attamẽ repẽtina morte morientur, ſi Iuppiter, aut Venus, vel illorum benefici intui-

tuitus, multis decorabuntur officijs, nec tali peribunt morte violenta; quæ in his configuratur gradibus stella Veneris est naturæ.



21 Gradus vigesimus primus homines steriles, imò non solum sine filijs, verum, nec fratres habebunt, verum tamen, si Saturni, vel Lunæ receperint hi gradus presentiam; aut radium, vt quoque ascẽdentis, tunc diuites, nobiles, & multum dominorum amicos homines inclinat; si vero beneficis, maleficisq; carebunt radijs; longæ erunt vitæ respectu naturæ gradus, & fixæ stellæ ibi permanentis, quæ Venereæ est naturæ.

22 

Homines hic gradus ſupponit inſanos, & in eorum actionibus instabiles, indociles, incapaceſq; tamen cum Marte, ab alto moriédi cum periculo cadebunt, cum Saturno, illos vexabitur curia, verum Iuppiter, vel Venus, tales bonæ doctrinæ ingeniiq; perſpicacis docet, eruntq; tantum, vt ſupra, ſi probo, maloq; carebunt, radio, cum Iouis, & Mercurij natura horum graduum ſtella coincidit.

15 

Hic erunt pigri homines, ſomnolenti, otioſi, & ſine arte, vel vllo, duo his, infortunia, vel vnũ cum Mercurium malefice radiabit, & Lunam, magis peſſimorũ fuerint morum, verum in bono aſpectu Iuppiter, vel Venus, non ſolum gradus malignitatem contemperabit verum illos fortunatos, & ab omnibus ama-


tos reddit,quam habent ſtella;eſt naturæ Saturni,Martiſque.

16




Furnarios hic gradus inclinat homines, hoſq; ſi Iuppiter, vel Venus radiabit benignè,erunt felices multopere, ſi Luna cum fortunatis fuerit Planetis in bono aſpectu, non ſolum, vt ſupra, verum magnæ potentiæ euadent Iudices, Mars in locis infimis, carnifices, vel cladiatores, & vt clarius loquar,occiſores hominum,Martis,& Saturni naturæ eorum cõprobatur ſtella.

17




Homines hic gradus docet aurifices,vel de auratores,res aureas pertractantes, cum vero gradus iſti Iouem, vel Venerẽ habuerint comitem,erunt fortunati; quod promittitur quoque ab illis, ſi per trigonum, vel hexagonũ

fuerit cum gradu ascendenti, si Martem, vel Saturnum turbatum habentem oculum, Lunamque in septima repentinus eorum fuerit interitus, Saturnis, & Martis habet hæc stella naturam.

18 


Quemcumq; hic decimus octauus gradus beneficum detempserit radium, erunt fortunati homines, at infortunati, & violenta peribunt morte, si nempè ab irrationalibus bestijs, si malos receperint Martis aspectus, idem cum natura Saturni, & Martis eorum est stella.

19 

Natos inclinat optimi ingenii, at si Luna, in proba fuerit situatione collocata, feliciter viuent, si aspectus susceperit is gradus beneficos Iouis, magni fuerint homines nominis, imò principibus, magnisque Dominis reddentur simi-

miles, maleq; moriendi subijciuntur periculo, ex eorum inimicorum consilio, quandoq; in vnum ex infortunijs deducetur ascendẽs, tunc prędictum moriendi habent periculum, qui optime fuit consideratus gradus meæ iuuentutis tempore in figura quadam, quam erexi cum gradu 19. Scorpionis.

20




Præscribit natos, inuictos valorosos, potentesque exercituum ductores, infinitasq; expectabunt victorias si iste gradus, vnam ex duabus detempserint fortunis, quòd similiter docet, cũ benefico oculo fortunæ ipse ascendentem aspexerit, virtutes possidebunt Regum illis æquales, veruntamen si benigno carebit oculo, & male inspicietur ab illis, tunc propter eorum dignitatem maximam, ab eorum Regum obedientia cessabũt alteriq; seruient, ob quam temeritatem, atq; audaciam, ex infortunio obibunt, si quæ liberos habebunt patris causa à Regum sententia recipient mortem, tandem amans Iouis oculus, influssum quemque repellit malignũ,

cum Mercurij natura eorum accomodatur ſydus.

20 


Piſcatores hic fuerint homines, ſpogias, conchyliaque marina deſument, quo viuent officio, cum hoc vigeſimoprimo gradu configuratus eſt Scorpionis dexter pes, cumque ſiniſter erit in aſcendente, illos venenoſa mordent animalia, vel ab animalibus cadēt quadrupedibus, ex quo caſu peribunt; tertio pede in aſcendente, libidinoſi erunt multum, ob quod vitium, malo eorum iuuentus afficietur nomine, quos tēperat inclinationes malignas cum benigno oculo Iuppiter in talibus gradibus aſcendentis, & fortunati fient; horum ſydus Saturni, Martiſq; naturam demonſtrat.

22




Agrorum cultore hic nati erunt, idq; quoniam pes adest sinister, si cũ secundo à bestijs mortem detrahent, si quæ cum tertio erunt consores, si cum quarto inimici illos capient, & tãdem à bestijs mortem recipient in locis aqueis, cui si Iuppiter aderit, vel ascendentem benigno oculo inspexerit ex omni euaderent inclinatione malefica, & terribili periculo; Saturni, Martisq; naturæ est sydus hoc.


23



Reddit felices, & fortunatos homines hic gradus, qui si Martem detempserit, vel Venerẽ, diuites fuerint, & fortunati vxorum causa, longeui erunt, & fortunati, Iouis, & Mercurij eorum sequitur stella.


24 

Homines facit natura timidos,& parumper insanos, si quæ fortunatū is gradus beneficis haud fruetur aspectibus, omnino erunt mētecapti, eorum occident fratres, & prossimos,& vltimo ignominiosa afficientur morte, eorum dominatrix stella cum natura Saturni,& Martis coincidit.


25 

Parū fortunatos hic gradus præscribit homines, qui si Iouis benignos, vel alicuius ex fortunis non habuerit radios in octaua, violenta tunc morerentur morte, si Martem receperit, aut eius malignum oculum, tunc combusti morientur, quod hos sequitur sydus est naturæ Martis.

Red-


26 

Reddit homines probos, & excellentes oratores, Phylosophos, & Medicos, hi ob eorum labores, & studia, famam honores, gloriasque acquirent, qui si præsentiam alterius ex fortunis suscipient, erunt eorum patri legati, seu nuncij, si loco illorum infortuniorum inuenientur radij malefici, erunt eorum principum offensores, quamobrem infortunatè peribunt; horum stella naturæ Martis est, & Saturni.

27 

Docet hic gradus natos, futuros esse amabiles, quandoque Iouis sub stinuerint, vel Veneris præsentiam, erunt diuites multum, iusti, & lõgeui à mulieribus amabuntur multum, & tẽpore crescente eorum multiplicabuntur felicitates, absque eo, quod requirantur ab illis, augebuntur quoque in illorum iuuentu-


te honores dignitatesq; quibus si fuerit Martis, vel Saturni præsentia, vel per Quadratum, aut Oppositionem erunt, illis tunc decidet oppositum; horum stella Martis, & Saturni naturæ est.

28 

Homines oculos habentes tortuosos, qui illis non multum dedecent, & aliquantulum negligentes in hoc gradu suscitantur, attamen Martis præsentia, sanguinis illos subijcit effusioni, alijsq; phreneticis atq; indignis actionibus, Lunaque si Marti maleficos suos tribueret radios, tanto erunt illi peiores, & furiosi, idem cum natura Saturni, & Mercurij est illorum stella.

Do-

29



Docet futuros natos doctos, sapientesque ex primis aduocatis erunt, verum Iouis, vel Veneris, aut Mercurij præsentia, legatis fuerint Regum, & magnorum Principũ, in quibus erunt exercitijs periti multum, quoniam cum eorum dominorum voluntatibus conformabuntur, qua propter munera suscipient multa, qui si Iouis carebit gradus aspectu à bulceribus vexabuntur; dominatrix horum stella est naturæ Saturni, & Mercurij.

30



Vltimus, seù trigesimus hic gradus facit homines laboriosos, qui facile venena exhibebunt, vt alios occidãt, eorum magisteriorum causa peribunt multi, malitiosi, impij, mali, atq; mendaces fuerint, quibus si fuerit gradibus Mars, erunt venatores, & de repente peribunt, at si à dextris Scorpionis erit vulpis,


& à sinistris Cinus cephalus, fient audaces, & futura præscribent, libenterq; vaticinabuntur, qui in vulpe nascentur, erũt malitiosi multum, audaces perspicaces, maliq; atq; animosos semper habebunt comites homines pro eorum auxilio, verum Saturnus, custodes monumenti, & doceptione moriendos portendit, qui nati in Cino cephalo fuerint, mali erũt corporis habitus, sterilesq; & tandem mala morientur morte; naturæ Saturni, Mercurijq; est hæc stella naturæ.

De Trigesimo Sagittarij Gradibus.

Caput XII.


HOc Sagittarij masculeum est signum, domus Iouis, igneæ naturæ, nempè calidum siccum, & ob suam proprietatem, cõmune est signum, in quo dragonis exaltatur capud, illud agreditur Sol die 21. Nouembris, atq; gradum ibi sistit vsq; ad 21. Decembris, quos indicat effectus dum ascendit in ascendente sunt videlicet.

Pri-



Primus Sagittarij gradus docet natos pios deiq; timorosos; dum hic gradus primus ascenderit; his gloriæ tropheaque tribuentur; at si habuerint vnam ex fortunis maioribus, vel eorum aspectum per Trinum, vel Sextilem, erunt apud Reges primi, quare eorum quamque consequentur dignitatem, si Martem, vel Saturnum, aut eorum turbatum oculum; dignitates auferrent; honoresque, & hic gradus tali tempore cum maleficam substinuerit directionem; eorum bonum minuitur nomen; & eorum probitatem Saturni, Venerisque naturæ est horum stella.

Ho,

2 


Homines efficit, dyabolicos, furiosos, & parumper insanos, scelestes, & falsi assertores, quibus, si fuerit Mars, vel Saturnus, aut eorum radij malefici, magis scelestes impij, malique erunt, plusquam vno subijcientur vitio, at Iouis præsentia, vel Veneris cum aspectu benefico in prædictis gradibus, non solum temperat malignitatem gradus, verum, fortunatos illos reddit multum, Martis, Iouisq; naturæ est eorum stella.

3 

Homines hic gradus præscribit ineptos, & super omnia carebunt vno oculo, qui si Martem susceperit, vel Saturnum, violenta morte peribunt, cum vero ascendens benigne irradiabitur à Ioue, vel Venere, fuerint fortunati multum, nec oculum amittent, Saturni Venerisq; eorum stella naturam suscipit.


Hic

4



Hic gradus natos ſepulchrorum cuſtodes indicat, cui ſi Mars fuerit, vel Saturnus, erunt parui, ſeu obtuſi ingenij, ſemperque calamitatibus afficientur. & miſerijs, cumque vnũ ibi maleficum miſerit ex infortunijs radium; repentina morientur morte veruntamen, Iouis, vel Veneris præſentia, aut eorum benignus oculus, illos facit fortunatos, & haud excogitata inuenient, quæ eorum eſt ſtella Saturni, Iouiſque eſt naturæ.


5



Gradus iſte ſignat ſeuos, impios, ſceleſtes, impuros, impudicoſque homines, erunt miſeri, atque ambitioſi, infamia afficientur, & malo nomine, quibus ſi Mars fuerit, vel Saturnus, aut per Quadratum, vel Oppoſitionẽ erit, propter iudicis morientur ſententiam, cumque

Iouis, vel Veneris habuerint præsentiam, vel oculum benignum, fient fortunati, Martis, Iouisq; est eorum stella naturæ.

6 
Fiunt hic homines nani, curuique, qui erunt multopere vitiosi, & mali, verum Iouis, vel Veneris aspectus, vel præsentia in illis gradibus, haud mala moriũtur morte, at si ab infortunijs irradiabũtur maleficis, eorum violentus putatus interitus, Mercurij, Martisque naturam eorum sequitur stella.

7 
Iustitiæ probitati, & timori deditos hic gradus concedit homines, ijs secreta, & Principum iudicia credentur, eo magis si gradus ipse Iouem habuerit, vel Venerem, vel illos oculo benigno irradiabitur gradus Mercurij est naturæ horum sydus


Na-

8 


Nati hic erunt ſtudioſi, paciſque amici, quibus ſi erit Iuppiter, longeui fuerint, pij atq; eorum familiæ primi, moltoſq; habebunt liberos, inter quos vnus erit, qui Regũ fuerit interpres, & cuſtos, in eorum ſenectute felicitas multiplicabitur propter eorum opera proba, & tandem longeui erunt, mortemq; connotant bonam; Mercurij naturæ eſt hæc ſtella.

9 

Hic gradus ſuſcitat homines ſtudioſos, & perſpicacis ingenij, erunt Aſtrologi optimiq; Poetę, qui gradus ſi amplectetur Iouem, vel Venerem, aut aſcẽdentem benignis decoraretur aſpectibus, iuſti, pietoſiq; qui laudes ad honorem Dei cantabunt, ſi vero fortunarum loco ibi infortunæ præfuerint, erunt Poetæ ſatirici, maleq; dicentes. Mercurij, Martiſq; eſt illorum ſydus naturæ.


10 

Homines aſcribit gradus iſte, ſcrimitore, & armigeros, quos Martis in ipſis gradibus præſentia efficit gladiatores, & vulnere in capite, vel facie afficientur, Saturni vero, parum, vel nihil fortunatos futuros ſignificat, Iouis, magni illis fauetur domini, nec ſauciabuntur, ſi Veneris, vel Lunæ, protegentur à mulieribus, populiſq; cum Saturni, & Veneris natura horum videtur omnino coincidere ſtellam.

11 


Ad bellum gradus iſte vndecimus conuocat homines, qui gradus ſi comitē habuerit Martem, vel oculum illorū malignum, ſeui mortē morietur in bello propter inimicos, illoſque ſi irradiabit, vel illis præfuerit Iuppiter, faceret illos duces, & inter inimicos non morientur, qui ſi bonis, maliſque carebunt aſpectibus, haud eorum linquent

quent vitam in bello; Saturni,& Veneris habet horum stella naturam.

12. 


Homines inclinantur ab hoc gradu temeres,cupidosq; nummorum, authores erunt mali, verum Mars cum oculo turbato, Lunaque quoque cum malo aspectu cum Mercurio; vel Saturno, erunt homicidę maximi,at pręsentia alterius ex fortunis, vel maligni radij, vt supra non erunt, tamen si probis,malisq;carebunt aspectibus, supradictam consequentur inclinationem, quam habent gradus isti stellam, Saturni, & Veneris connotat naturam.

33 Homines hic gradus decimus tertius parui ingenij, qui si non vnum ex infortunijs receperit gradus, aut eorum radios maleficos, erũt parricidæ, nempè corũ patruum occisores, & tandem violenta morientur morte, quibus si erit, vel irradiabit




Iuppiter in octaua, haud homicidæ erunt, nec tali morientur violenta morte; horum graduũ stella, est Martis, & Mercurij naturæ consentanea.

34 Sonatores in hoc gradu publici nati fuerint, siq; Mars cum Sole benignũ non ostenserit aspectũ, à morbo vexabuntur oculorum, si vero Saturnum substinuerint, erũt miseri, & infortunati, si Iouem, vel Venerem, cum oculo benigno for




tunatos illos futuros ipse gradus docet, taliũ graduum stellam naturam Saturni, & Veneris imitatur.


In-

15 

Inclinat iſte gradus homines melancholicos, & ſcientificos multum, imò armorũ magiſtros, rerumq; militariũ, quibus ſi Mars aderit gradibus, aut euis maleuolus oculus, bellum amplectentur, cuius cauſa eorum imponent vitæ terminum infeliciter, attamen ſi gradus ipſi aſcendentes Martis benignos ſuſceperint aſpectus, vel Saturni eorum non finent vitam in bello, ſi Iouem, vel Venerem per Trinum, vel Sextilem aut per Cõiunctionem ò quam multum ſecunda fruentur fortuna, quam habent hi gradus ſtellam; Saturni, & Veneris deuelat naturam.

16 


Homines ab hoc decimosexto gradu fiunt ceruicosi, subitanei, furiosique quoties tamen gradus ipsi Iouem receperint, vel Venerē, vel eorū benignos radios à morte euaderēt ex ferro, si Martem, male morientur; illorum est Saturni Venerisq; stella naturæ.

17 

In armis versatos hic gradus prædicat homines, & illorum amplectentes ludos, attamen Martis præsentia dum in ipsis inuenietur gradibus eos efficit probos, & valorosos, atque inter alias, quas habebunt inclinationes, erunt agiles, Venatoresque cumque Iouem hi gradus susceperint, minus alchi eruditi fuerint, si Venerem, ipse susceperit gradus ascendens, tunc mulierum causa fortuna fruentur, si Saturnum, erunt tardi, & miserabiles, cum Mercu-


rij,& Martis illorum coincidit ſtellã.

18




Homines hic gradus decimus octauus impios, latrones, malignos, atque omni plenos vitio, multopere malos, imò peſſimos portendit, hi liberos non habebunt, quibus ſi vnũ ex infortunijs maleficum habuerit aſpectũ, ſæui morte, & repentina morientur mortẽ; attamen Iuppiter, vel Venus in octaua, aut gradibus illis beneficos retribueret radios, quam diximus violentam auferent mortem; & ſecundam docerem fortunam, quam habẽt gradus iſti ſtellam Mercurialem, Martialemq; ſuſcipit naturam.

19



Homines armorum exercitijs deditos docet, ſteriles, qui filios nunquam habebunt, verũ gradus iſti aſcendens turbatum habentem oculum, ſi ſuſceperint Martem, tunc ſauciabuntur, ſi illos malefice irradiabit Saturnus, carceribus vexabuntur, & infirmitatibus, atque vexationibus multis, cumq; Iuppiter eos benefice aſpiciet, fortunati erunt. Quotieſcunque Iuppiter in quinta fuerit domo, aut Venus, habebunt filios, nec ſteriles erunt, quem habent prædicti gradus ſtellam cum Saturni, Veneriſque coincidit natura.

Hic

20 

Hic gradus vigesimus, natos exhibet turpes, nanos, deformosque erunt curui, & ridiculosi, verũ is gradus cum à duabus fortunis benigno perspicietur oculo, multopere apud Principes fortunati fuerint, atq; cum dominis maximis, veruntamen, Martis, aut Saturni turbidus oculus, tales facit curuos, imò, & pauperes; horum graduum stella Martis, atq; Lunæ consequitur naturam, & imitatur.

21 


Sub hoc gradu nascentes, erunt ceruiosi, & eorum opinionis amici homines, multis haud vescentur cibis ob eorum determinatã opinionem, hos ad bellum ducit cum Mars in ipsis ad fuerit gradibus; at vero si in illis vnius ex fortunis aderunt aspectus, cum dominis, quam maxime fortunatos euasuros putamus; horum graduum

ſtella, Martis atque Iouis naturam ſucipit, & am plectitur.


22 

Homines in hoc gradu vigeſimoſecundo Sagittarij, eruditi inclinãtur ingenij; & profundæ doctrinæ, quandoq; gradus ipſi habuerint præſentem Iouem, erunt terrarum poſſeſſores, & eorum propter humanas actiones, equi tum, pedonumq; regẽt exercitus, hi multas peragẽt, bellicoſas actiones, Ciuitates comburent, inimicorumque domus, atque cum vxore fortunati multum fuerint, & quoque cum eorum filijs, quæ eorum eſt ſtella, Martis, & Lunæ naturam demonſtrat.

Sub

23 


Sub hoc gradu nati omnes morti bestiarum causa in locis eremis, & desertis subijciuntur, quod valde præscribetur peius si gradus ipsi Martem, vel Saturnum habuerint comitem, aut illos maleфice intueretur gradus, cum tamen Iuppiter ibi benignum habens oculum, vel Venus fuerit à violenta erũt omnino immunes morte, talium sydus graduũ, Martis Lunæq; suscipit naturam.

24 

Redarij, & equorum rectores nati in hoc gradu præscribuntur, quãdoq; Iouis amplectentur aspectus, tales redarij, & equorum rectores fuerint Regum; quam ob rem, multis decorabuntur honoribus, si vero gradus illi Martis præsentiam, aut radios malignos cum ascendente habuerint, violenta morte morientur, si Saturni, malefi-

ce


ce tales irradiantis gradus ò quam inepti fuerint,& miseri, veruntamen cum Venerem, illustrium mulierum causam eorum moderabitur fortuna,& inclinatio,idq; à magnis dominis quoq; imitabitur; Martialis, Lunarisq; est,quam habent hi gradus stellam prædominantem.


25 

Quoties gradus iste ascẽderit, erunt tunc homines vitiosi,& vini alterationi subiecti somnolentiq; cum vero Martis in illis connotabitur gradibus præsentia, valdè magis peiores erũt, si namq; detempserint præsentem Venerem, libidinosi præscribuntur multum,atq; eorum iuuentus lasciuiæ causa malo vestietur nomine, si vero infortunia illos turbato oculo respexerint gradus, turpis lascfuiæ causa publico condamnabuntur à curia patibulo maxima mediante infamia, loco tamen eorum, si Iouem, vel Venerem detempserint benignos mittentes radios,aut eorum vnus in octaua fuerit domo: haud turpem talem recipient infamiam, quæ in ipsis est recondita.

stel-

ſtella gradibus, Martis, & Lunæ naturam deuelat.


26 
Fuerint cum nati in hoc gradu homines, volubiles, & multis enormis maculati vitijs; cumque gradus ipſi prædicti Martem habuerint, vel turbatum habentem oculum Saturnum, valdè magis erunt peiores, at vna ſi ibi ex duabus erit fortunis, venerabiles fient, & probi; eorũ ſtella cum Martis, & Mercurij natura coincidit.

27 
Ex hoc vigeſimoſeptimo gradu, ſolitudinem amantes excipiuntur homines, qui miſerrime in nemoribus, ſiluiſque eorum terminũ imponent vitæ, ſi in quam, comitem ipſi gradus habuerint Martem ò quam multum infelices erunt, & tandem mortem ex vulceribus

ribus

bus inc urabilibus mortem desument, si vnã ex duabus in illis inuenietis fortunam, fortunati erunt, atq; commercij amici, nec vulcerati morientur, vltimò si probis, malisq; carebunt aspectibus, supradictam totam tunc inclinationem recipient; talium graduum stella, Iouis, Martisq; imitatur omnino naturam.

28




Hic homines mulorum, vel asinorum rectores deuelat gradus, cui multum dediti erunt exercitio, quibus si erit ex duobus infortunijs vnũ malignos habens radios, inepti erunt, eorumq; maior pars propter animalia obibunt prædicta, eorumq; causa diuites euadent, Iouis, Martisque est eorum graduum stella naturæ.

No-

29 

Nonus, & vigesimus iste gradus, natos curuos, ridiculos hominibus propter eorum difformitatem docet, ipse tamen gradus vigesimus nonus cum maligno radio à Marte, vel Saturno irradiabitur, illos multum vexabitur miseria, si vero è contra Iouem, vel Venerem beneficos mittentem tali gradui radios habebit, secunda fruentur fortuna, atq; gratiosi erunt idem cum natura Iouis, & Martis est huius gradus sydus.

30 

Vltimus is, seù trigesimus Sagittarij gradus, graciles multum, infelices, ineptos, malignos, inuidiosos, & moriendos bestiarum causa homines suscitat, qui si Martis, vel Saturni sub-stinuerit præsentiam, erunt steriles, si in extrema Sagittarij parte fuerit desuper cauda, natos faceret debiles, & imbecillos, veruntamen

men infra caudam nati, tortuosos habentes oculos erunt, cursoresq; fuerint, velocissimi, alienæ subijcientur potestati, hi à sanguine stimulabuntur multum, faciei erunt longę, & periculum nè ab animalibus lacerentur quadrupedibus habebunt, imò miserrime morituri in dextra primæ Sagittarij sub oritur stella illa, nauis Argi dicta, in sinistra, Canis. Quicunque in ascendente habuerit, Nauem, gubernator fuerit nauiumq; rector, qui cum in occidentali parte ortum ducent, illam partem versus nauigabunt, atq; illos si Mars aspiceret gradus ascendentis, fueritq; in Oriente à piratis occidendos illos nuunciat, ij vero, qui Canem seruauerint in ascendente, litigiosi, quærelantesque significantur, quibus si Mercurius præfuerit gradibus, probi erunt, atq; principales aduocati, amicique Regum, & dominorum magnorum, optimiq; figurantur Oratores.

Qui ascendentem ostenserint cum ore Cani, parui, vel exigui fuerint visus, atq; maculatum habuerint os vulceribus, aut prauo aliquo alio affectu præter naturam plenum.

Omnes illi, qui hanc prædictam inclinationem susceperint, naturali loquendi nimis, seù loquacitate magna textantur. Talium

stel-

ſtella omnino Iouis,& Martis imitatur,ſuſci-
pitq; naturam.

De Trigeſimo Capricorni Gradibus.

Cap.XIII.

SOlſtitium hyemale eſt Capricornus, in hoc ſigno, incrementum incipit deſumere dies,fœmineum eſt naturæ terræ, quia frigidum ſiccum; domus Saturni, Martiſque exaltatio; hoc agreditur ſignum Sol 21. Decembris ad 21. Ianuarij vſq; eiuſq; hæc ſunt ſignificata.

1



Tunc tum Capricorni gradus primus in ascendente erit, homines magnopere fortunatos, & diuites nonciabit, quos si beneficè vna ex duabus fortunis irradiabit gradus, erunt diuites, magnique Domini, at si Saturnum habuerint eius Dominum, multæ eis exhibentur diuitiæ verum auari erunt magnopere, si Martis, fortunati magis fuerint, maximam semper Iuppiter, Venusq; fortunam exhibet, ex Iouis, Martisq; est eorum stella natura.


2




Magni ingenij in hoc gradu secundo vocantur homines, bellorum cōsules erunt, at si quæcumq; habuerint gradus ipsi oculum amantem, bellorum secreta omnia eis credentur, cumq; Iouem, vel Venerem annexum prædicti gradus non osten-

de-


derint, vel vnus illarum aderit, tunc morte
morientur violenta, Iouem ſequitur Martemq; ſtella horum.

3 

Homines magni reddit animi, & perſpicacis ingenij, Mars cum Luna in benefico aſpectu, magnos illos facit cõſiliarios, poſſidebunt terras, ac ſeuere, ſeueriterq; iudicabũt, exercituum occident duces, qui aſcendentes gradus ſi Iouis, vel Veneris, oculos non detempſerint amicos, in bellorum pugna peribunt, Martis, & Iouis illorum ſtella naturam ſuſcipit.

4 


Facit homines ſedulos, at præſentia Mercurij, illos reddit muſicos, & in tali arte compoſitores, probus Lunę ſtatus, vel ſituatio, fortunatos, & ſcribas, quibus multa exiſtimationis magnæ credentor, erunt iuſti, probi, vetereſq; multũ peribunt; cum Iouis, & Martis natura eorum accommodatur ſtella.

5 

Turpes homines, omni maculatos libidinis vitio, eo magis, ſi gradus ipſi infortunia habuerint cum malo aſpectu in aſcendente, docet, tamen Iouis, aut Veneris præſentia temperat vitia, naturaléq; exibet mortem, dominatrix eorum ſtella, eſt Solis, & Martis, naturæ.


Ma-

5




Malè affectos, sed longæ vitæ hic gradus porrigit homines, qui si fuerint beneficis Martis, & Saturni spoliati gradus aspectibus; quod pthysici, ac miserrimè morientur, sciant, hiq; si oculo benigno perspexerint illos, vel eorũ præstabunt præsentiam Iuppiter, vel Venus, haud mala peribũt morte, Martis, & Solis est stella.


7



Homines inclinantur curiosi, ac nobiles artifices, quare Regum erũt amici, at ex infortunijs si vnum, fiunt pauperes multum, si à Ioue, vel Venere benefice radiabuntur, vel illorum aliquam in illis destinabũt presentiam, fortunatos, & lõgo tempore vitam esse ducturos dicemus, Saturni, Iouisq; amplectitur hæc stella naturam,

8



Versatos multum, & ingenij perspicacis his in gradibus futuros esse homines asserimus, hi vero gradus, si Veneris susceperint præsentiã, magnas tunc assequentur dignitates Ecclesiasticas, si Lunæ benigno oculo, multa pertractabunt negotia, & officia, tamen maleficis cum radijs Saturni, vel Martis, inepti, & maximi vexandi damnis erunt Veneris naturæ, Mercurialisq; est stella illorum.

9


Homines iste gradus præscribit humoristas, & deliberatæ voluntatis, verum Mars in ascendente, mortem in prima illorum etate indicat, Mercurius, auaritias vsuras, diuitiasq; multa, quarum causa morientur, vna duarum fortunarum, illos liberalitate decorabitur magna; Saturni, Iouisq; est naturæ stella.

Pro-

10




Probi aſpectus, & in negotijs verſatos multũ hic gradus inclinat homines, qui ſi Martem habuerit præſentem amabiles, & gratioſi erunt, ac parum per adulatores, & cum amicorũ pręcipuè vxoribus eorum, quamquam non in tali actione cognoſcendi, imò potius auxilium illis præſtabunt, quam perſequtiones omnes; & tamen repentinus eorum fuerit interitus, Iuppiter cũ oculo benigno facit illos fortunatos, & violentam repellit mortem naturam Solis, & Martis hæc ſtella ſeruat.

11



Permittit homines aurifices, & aureas pertractantes res, at ex duabus fortunis vnam ſi iſti detempſerint gradus, vel eorum receperint oculos amantes, fortunati fuerint ſemper, quod omnino ab infortunijs repellitur, quorum ſtella eſt Martis, Iouiſq; naturæ.


12 

Homines gradus iste, sed in armis, eorumq; ludis delectantes ostendit, imò, & perspicacis ingenij, ac virtuosos, cum vero gradus ipsi Iouem præsentem retempserint, vel tunc morte naturali morientur, infortuniorum vero malefici aspectus, mortem præscribunt violentam, cum Martis Iouisq; eorum coincidit natura stella.

13 


Ingenij in hoc gradu perspicacis erunt homines, quandoq; Martem prædicti gradus habuerint, facili negotio, quodq; indignum, nummos lucrandi causa amplectentur, libēter venena ement, & somnifera, quæ omnia præuia pecunia dabunt, erunt falsi maximi assertores, nec vnicuique sine lucro seruient, adulteri, qui dulcibus verbis, illos secum pertractantibus decipient, videbuntur primo intui-

tuitu iusti, at demones intrinsece erunt, his vxores morientur, & parum filios suos habebunt, secundum aliquod tempus, vnius pedis claudi fient, semper eorum victus, vel publici, aut amicorum erit, si vero Mars, vel Saturnus in septima esset per gradus oppositos ascendentis, aut illos per tetragonum perspiceret, ò quam miserrimam expectabunt mortem, eorum dominatrix stella; Martialis, Mercurialisq; est.


14 

Homines industriosos, ingeniososq; hic gradus comprobat, qui cum Veneris, vel Iouis præsentia, illos diuites multum & magnarum rerũ ministros futuros esse indicat, hi sub eorum potestate pretij multi res habebunt suarum bonitatum gratia, officijs decorabuntur principalibus, secundaq; fortuna fruentur, atque plurium matrimoniorum fruentur dotibus, isti vero ascendentes gradus, si Mercurium substinuerint, ob familiares commendationes magni fient, atq; Regum amici, & dominorũ, vt temporalium, ita Ecclesiasticorum; horũ

ſtella dominatrix graduum eſt Martis, Iouiſq; naturæ.


15 

Hic decimusquintus gradus, homines facit nanos, paruoſq; quamobrem, ridiculi erunt, at infortuniorum aſpectus malefici, eos reddit ineptos, & malæ morientur morte, qui ſi bonis, maliſq; priuabuntur radijs, tantum erunt, vt ſupra hæc Martialis eſt ſtella.


16 

Homines facit curuos, & ſex habentes in manu digitos, & hoc quia collum habent Capricorni, at Mars, & Luna bene ſituata cum Ioue, aut cũ illis aſcendentibus gradibus, tunc fuerint homines nobiles, multorumq; filiorum patres, amicos principum, & dominorum magnorum, niſi tamen, hi gradus Iouem in aſcenden-


dente receperint, illorum violentus erit interitus; ex Iouis, & Mercurij natura hic reconditur stella.

17 

Scelestes multum, & volubiles in hoc gradu portendũtur homines, at cum Marte, Venere, vel Mercurio vxorum eorũ homicidas, quare punientur, si cum Ioue hoc non accidet, nec quoq; si ascendentem radiaret per trigonum, vel hexagonum Iuppiter quoniam, non solũ gradus reddit fortiores ascendentis, suis amãtibus oculis, verum etiam, vt ab omni fugiãt mala morte causa erit; in Saturni, Iouisq; huius refunditur stellæ naturam.

18 

Profundi intellectus, multi studij, & diligentiæ docet homines, verum in his gradibus præsentia Mercurij, facit illos scribas regij officij, sed vt moriantur in locis humidis, seu aquosis à bestijs voratos; stella hæc naturæ Iouis, & Saturni.

19 

Notarios gradus hic Capricorni decimus nonus, studijsq; debitos propinat homines; & eo periti in tali erunt officio, quo Iouem, vel Venerem, vel oculos illorum beneficos ipsi gradus susceperint quos si torbido oculo Mars inspexerit, vel Saturnus, tali pacto vexabuntur; Saturninam, & Iouialem habet naturam.


20



Hic erunt naturaliter nobilis animi, & actionis; Regum amici, & dominorum; munera recipient multa, plurimisq; decorabuntur dignitatibus, at versus finem ipsimet, qui adeò illos ad sidera duxerunt, contra eos indignabuntur, illosque persequentur, qua propter infortunijs afficientur non paucis, idque luce clarius est, hoc illis accidere semper, cum talibus hominibus amicitiam trahentibus, cuius sit testis, Raymundus, sibiq; à Rege suo prouentum deuelet; Iouis sequitur, & Saturni stella naturam;

Ho-

21




Homines is gradus indicat mẽdaces, ſenſus'af-fecto, & animi, hi facile phreniticabunt, ſi Luna a pectu, cum Mercurio carebit, omnino inſani fuerint, ſi radios maleficos, gradus ipſi habuerint vnius infortunij, repentinę mortis ſubijcientur periculo, quos Iuppiter, vel Venus per trigonum, vel hexagonũ, fortunatos, nec freneticos, vel inſanos facit; Martialis, Iouiſq; eſt, hæc ſtella naturæ.

22




Hic mortem portendit ſęuiſſimam, hominesque lacerandos a beſtiis, quod confirmabit vnũ ex duobus infortunijs, Iuppiter, vel Venus ſi in gradibus ipſis demonſtrabit præſentiã, aut radios beneficos; ex illis euadent infortunijs; Martis Iouiſq; eſt hæc ſtella naturæ.


Ho-


23 

Homines perſpicaces, & argutos, hic gradus ſignificat, quare hyſtrigones nunciantur, & in eorum facetijs delectabiles multum, ſi vero gradus prędicti Martem detempſerint, vel Saturnum, aut illorum radios benignos, erunt infortunati, & violentatur recipient mortem; omnino duæ fortunæ malum dimittunt, bonumque inducunt; Martis, & Iouis eſt ſtella naturæ.


24 

Hic fiunt homines iuſti, pij, & alios iudicandi dignitatem agredientur, amici erunt Regũ, & dominorum magnorum, hi propter filios ſuos vexabuntur, at cũ maleficis infortuniorũ oculis, haud dignitates ſuſcipient, fuerintq; infortunati, & vexationibus pleni; ſtellam hi gradus Martialem, Iouialemq; habent.


25 
Inclinat homines in pios, crudeles, tirannos, multumque in eorum pertractatibus periculosis, temerarios, audaces, & primos inter gẽtes malas, vicinæ eorum habitationibus gentes ꝑturbabuntur; si quandoq; isti gradus receperint Martem, vel per diametrum Saturnum, aut cum altero aspectu malefico, crudeliter morientur, verum ab illis multi occidentur, antè eorum mortem; naturam habet Saturni hæc stella.

26 
Hic erunt homines rustici, & siluatici, ac tantũmodo in siluis degentes, faciunt namque hic malefici infortuniorũ oculi illos ineptos multum, & eorum insidiabuntur inimi; verum Iuppiter, aut Venus in siluis aufert habitationem, sed illos reddit affabiles, & pertractabiles; Saturni naturam eorum imitatur stella.

Ho-


27 

Homines debilis complexionis, malè affectos docet, attamen in gradibus isti Saturni præsentia, vel turbatus oculus, miseram denotat mortem, verum Iouis amantes radij, vel presentia, corporis ducit salubritatem, & ingenij perspicacitatem, à quibus hi gradus dominantur: est Veneris, & Martis naturæ stella.


28 

Accquirendi, ac lucrandi nummos cupiditate plenos iste gradus significat homines, vt diuites, auarosq; cumque vnam ex fortunis recepetint, vel illorum amãtes oculos, liberales, humaniuè, tunc erunt; horum graduum stella Saturnina est.

De-

29 

Deuelantur in hoc gradu homines, Iouiales, & iucunditate plenos, lętos, nec moleſtijs, aut vexationibus quibuſq; afficientur, quod habēdum certius ab oculis Iouis, & Veneris amantibus, ſi vero fortaſſe fortunatum vna erit in aſcendenti gradu præſens, alteraq; illos perſpiceret per trigonum, vel hexagonum ſummopere fuerint diuites, & fortunati, tantum carceres, & infortunia, infortunia ipſa in hoc gradu ſignant; ſtella eſt Iouis, & Martis naturæ.

30 

Iſte gradus trigeſimus, vel vltimus Capricorni, homines tardi motus, pigros, molles, ac ſomnolentos præſcribit, nullum ex eorum inceptis negotij expedient, attamen in his gradibus Saturnos, facit illos mente captos, idemque infortuniorum malefici permittunt

aſpe-

aſpectus,& tandem eorum vitę exiguum fuerit tẽpus,ſi Iuppiter in aſcendente,boni erunt ingenij,incolumis ſalutiæ,& longæ vitæ,quòd ſimiliter ſignificaretur cum beneficis aſpectibus à Marte; horum gradum ſtella Saturni naturam ſuſcipit.

De Trigeſimo Aquarij Gradibus.


Cap.XIV.

AQuarij ſignum eſt domus Saturni, natura calidum humenſq; Aeris naturæ opitulans, fixum, in quo nullus exaltatur Planeta,Sol hoc ingreditur die 21. Ianuarij ibique vſque ad 19.Februarij mora trahit, ibiq;ſtat 30.diebus per 30.gradibus duabus horis,quę ſunt effectus quos pariunt gradus in aſcendente, in quorum conformitate de ijs infra loquemur.


1



Primus Aquarij gradus callido ingenio in lucem venientes parit, & magna contemplatione præditos, cui si preerit Iuppiter, vel cum benefico intuitu respexerit, atq; Luna bene posita, & collocata in geresi fuerit, eos reddet magnos Reges, atq; potentes, Regnorũq; possessores, idq; totum temporis processu, isti in aquis periclitabuntur diem ob ire, quod tunc eueniet, quando infortunæ collocati in malis locis fuerint cum maleficis aspectibus; eorum stella Saturninam, Veneremq; naturã consequitur.


a 

Artifices, pictores, simileſque artes proſe-quentes gradus iſte denotat naſcentes, liberos habebunt, quas longa vita viuere videbunt, & quando duę infortunæ his gradus maleficè irradiabunt, infortunatos, miſeriſque repletos innuet eos, oppoſitum eueniet cum Iuppiter, vel Venus præſentes fuerint, vel benefico radio eos intuebuntur, quoniam ſi bonis fruentur aſpectibus gradus illi fortunarum dictarum, fortunam propitiam ſentient, perfectaque valetudine fruentur & longeui viuent; eorum ſtella Saturni naturæ adſcibitur.

3 


Homines solertes, & apud populos, atque Dominos faustos hic tertius gradus facit homines, cui præsentes Iuppiter, vel Venus, quæ de benefico radio ascendens intueretur, terrarum possessores, atq; subditarum dominatores nunciantur, attamen eorum patrimonia amittent maiora bona acquirentes, atq; magnitudines, illos suæ metipsæ gentes prosequentur, omniq; scelere atq; impietate replebuntur, alienis malis gaudebunt, vili genere ortum ducent, & ex suis ancillis libenter suscipient, nec mortem eorũ ægre ferent à merore alieni erunt, libenterq; molestijs alios afficient, ita vt eos odio habebunt homines omnes, ob hanc causam comedones fuerint, multaq; rura possidebunt, atq; in magnum dominium efferentur, in eorum tamen senectute agros suos colent, & rura, at si altera infortunarum inimico oculo ascendens ipsum videbit, suas vires amittent; eorũ stella Saturni naturæ opitulatur.

4




Ad clemētiam, iuſtitiam Deiq; cultum hic gradus excitat naſcentes; hi iudices fiēt, alienaſq; cauſas iudicabūnt; ſi dicto gradui præſens minimè fuerit altera ex duabus fortunis, vel aſpectu benefico cum irradiabit repentina morte obibunt, & peius hoc erit, ſi infortunæ malefico aſpectu eum intuebuntur; horum ſydus Mercurij naturam ſequitur.


5



Infelices, & ad mala inclinatos facit homines hic gradus, quem ni Iuppiter, vel Venus beneficè viderint, vel altera ex duabus dictis fortunis octauam occupauerint domum, altera vero de tertio, vel octauo ſuſpendentur publice in patibulo ſic naſcentes; eorum ſtella Saturni, Mercurijq; naturam proſequitur.


6 

Sextus hic gradus homines aquas haurientes præcreat, & ſi infortunæ maleficè eum intuebuntur, erunt infęlices, atq; infortunati, at fortunis beneficè aſpicientibus optimi lectores, multumq; fortunati in eorum administrationibus efficientur, eorum ſydus, Saturni, atq; Mercurij naturæ adminiculatur.


7 

Laborioſi ſeduliquę magnopere efficientur hōmines, qui ſic in lucem venerint, & ſi Venus benefice gradus hos aſcēdentes reſpexerit, longeui, atq; ſani iuſtitiam colent, diuitijs abundabunt, & in eorum ſenectute multum proficiſcentur, liberoſq; morigeratos habebunt ſuperſtites, ipſiq; naturalem mortem ſentient; Saturni, Mercuriiq; naturæ ſydus eorum graduum accomodatur.

In-

8 


Infortunatos homines efficit, hic gradus; cui si gradui eius Dominus scilicet, Saturnus, aspectu benefico non astiterit, infortunia subibunt, mortisq; violente pericula, at cum Ioue, vel Venere benefice gradus hos aspiciēte, fortunati felicesq; euadent in omnibus suis negotijs; horum stella Saturni, Martisq; naturam admittit.

9 


In architectura peritos sculptura, & similibus nascentes innuit hic gradus, at si Mars, vel Saturnus cum malefice viderit infortunia, calamitates patientur, verū si Iuppiter, vel Venus beneficis aspectibus astiterit, Regibus, magnisq; Dominis famulabuntur, talium stella Saturni, Martisuē naturam suscipit.

10 


Valdè infelices ab hoc gradu denotantur nascẽtes, cui si Mars astiterit, reddet illos balneatores, paupercylosq; famulos, longa fruentur vita, verum miserabili, atq; laboriosa, Veneris, Mercurijq; naturæ stella accomodatur.

11 


Infortunatos parit hic gradus homines, quem si beneficè Iuppiter, vel Venus aspexerit, in aquis vita priuabuntur, vel etiam humidis in locis miserabiliter, qui cum capite vrnæ in lucem venerint; medici euadent, quibus si gradibus astiterit Saturnus, vel quod etiam maleficè eos intuebitur, mortuorum humatores fient, vel etiam bustuarij, id est sepulchrorum extructores, eorum stella, Saturni, Martisque naturam imitatur.


12 


Piſcatores, qui miſerabiliter victum quæritabunt efficit hic gradus homines, cui ſi maleficæ ſtellæ ex aſpectu coniungentur in aquis mori periclitabuntur; eorum ſtella, Saturni atq; Martis naturæ adhæret.

13 


Hic decimus tertius gradus, hortulanos homines geret, atq; cloacorũ mundificatores, at ſi Mars præſens fuerit, balneatores efficeret, ſi Saturnus, erũt tabellarij, qui literas exportabunt; eorum ſydus, Saturni, Martiſque naturæ accomodatur.

14 
Infortunatos facit nascẽtes gradus hic ; at si Mars huic gradui adhærit, nautæ fient ; miserabiliq; vita viuentes, siq; Mars de opposito Saturnum viderit, violenta eos mori morte efficiet, verum si vterq; maleficus, angulos occupauerit, hoc confirmatur; eorum stella Saturni Martisq; naturæ adstipulatur.

15 
Inhonestos, lasciuosque facit homines gradus iste, qui in eorum prima ætate luxuriabuntur enormissime, cui si aspectus cõnectitur infortunarum ; morte violenta periclitabuntur, qua propter causa erunt infamiæ; horum stella graduum, Martis Saturniq; naturam ägreditur.


16 

Artes ex igne tractantes sub hoc gradu innuuntur homines; quem si gradum inimico oculo, infortunia videbũt, miseri, angustijsq; pleni vitam agent; & casualiter peribunt; at si altera fortunarum ascẽdentibus gradibus istis astiterit, fortunati viuent, nec tales ex igne artes exercebunt; eorum stella naturam Martis, Iouisq; imitatur.

17 


Miserabiles in hoc gradu nascentur homines, cui si praeerit Mars, vel aspectu malefico cum videbit, à feris dilaniati peribunt, verum si Iupiter, vel Venus beneficè radios in eum porrexerint, minimè violentam patientur mortem, vitamq; fœlicem protrahent; hos praedominans gradus stellae Saturni, Iouisq; naturae adscribitur.

18




Gradus iste in lucem venientes debiles, hec sana valetudine eos viuere annunciabit, iijq; longis pulmonum affectibus obnoxij erunt; cuius valetudines minimè cognoscentur, & si infortunæ toruis oculis gradum illum intuebuntur, in prima eorum ætate vitali aura destituentur, verum si Iuppiter, vel Venus benignum immiserit radium, haud tali morientur morte, hos perdominatur stella gradus Martis, ac Iouis naturæ adminiculatur.

19



Ingeniosos parit hic gradus homines, qui apud alios præualebunt, cui si præerit Iuppiter, vel Venus si aspectu benefico eum videbunt, inter alios quod semper per exaltabuntur, at si loco Iouis, vel Veneris, Mars, vel Saturnus aderit, infortunati, calamitatibusq; repleti viuent; eorũ sydus naturã Martis, Iouisq; tenet.


20 

Probi aspectus, & in negotijs versatos multũ hic gradus inclinat homines, qui si Martem habuerit præsentem amabiles, & gratiosi erunt, ac parum per adulatores, & cum amicorũ præcipuè vxoribus eorum, quamquam non in tali actione cognoscendi, imò potius auxilium illis præstabunt, quam persequtiones omnes; & tamen repentinus eorum fuerit interitus, Iuppiter cũ oculo benigno facit illos fortunatos, & violentam repellit mortem naturam Solis, & Martis hæc stella seruat.


21 

Permittit homines aurifices, & aureas pertractantes res, at ex duabus fortunis vnam si isti detempserint gradus, vel eorum receperint oculos amantes, fortunati fuerint semper, quod omnino ab infortunijs repellitur, quorum stella est Martis, Iouisq; naturæ.

Ver-


22 

Versatos multum, & ingenij perspicacis his in gradibus futuros esse homines asserimus, hi vero gradus, si Veneris susceperint præsentiã, magnas tunc assequentur dignitates Ecclesiasticas, si Lunæ benigno oculo, multa pertractabunt negotia, & officia, tamen maleficis cum radijs Saturni, vel Martis, inepti, & maximi vexandi damnis erunt Veneris naturæ, Mercurialisq; est stella illorum.


32 

Homines iste gradus præscribit humoristas, & deliberatæ voluntatis, verum Mars in ascendente, mortem in prima illorum ętate indicat, Mercurius, auaritias vsuras, diuitiasq; multa, quarum causa morientur, vna duarum fortunarum, illos liberalitate decoratur magna; Saturni, Iouisq; est naturæ stella.

Ho-


24 

Homines tam forma, quã corpore venuſtos hic gradus excitat, quam ſi Iuppiter, vel Venus hilari vultu videbit, naſcẽtes pulchriores gignet, quorum venuſtati coniunçetur quoque gratus animus beneficentia, atq; amabilitas eorum animi, amicos Regibus efficiet, & valdè felices, attamen iuuentutem non pertranſibunt, verum Ioue aſſiſtente aſcendentibus gradibus iſti, longa fruentur vita; eorum ſtella, Veneris, Mercurijq; naturã denotat.


25 

Steriles errones, atque per orbem peregrinantes ſub hoc gradu naſcentes innuũtur, quorum natura talis futura ſit, vt libidine ardeant, cui gradui ſi duæ infortunæ maleſice per aſpectum iunctæ videbuntur, eximio coitu peribunt, vel

vel morbis ex venereis actibus ortis, verum, si Iuppiter, vel Venus benefice eum intuebitur, contemperabuntur; eorum stella Veneris, atq; Mercurij naturæ adscribitur.

26 

Nascentes gignit gradus iste, qui herbis vesci malint, quam hominum conuersi inire, terrarum coloni erũt, atque admodum laboribus dediti, longa viuent vita, eoq; magis si benefice duæ fortenæ gradum respexerint; eorum stellę prædominans naturæ adminiculatur Saturni.

27 


Sacerdotes, tēplorumq; miniſtri ſub hoc gradu in lucem veniētes denotantur euadent optimi hymnorum laudumq; Diuinarum cātores, cui gradui aſtiterit Iuppiter, vel Venus, vel cum benefice intuebitur, magnificabuntur, atq; ad prælaturam euehentur, at altere infortunarum malefice irradiante, haud ad talem aſcendēt dignitatem; eorum ſtella Iouis, Martis, Mercurijq; naturam tenet.

28 

Haud ſana frui valetudine naſcentes gradus hic ſinet, pedum affectibus cruciabuntur, atque podagris multoque peius hoc erit ſi duæ infortunæ malefice eum videbunt, verum Ioue, vel Venere benefice aſpiciētibus firma valetudine


viuent; horum ſydus Saturni, ac Mercurij naturæ deſignatur.

29



Negotiatores, qui non perſperam experientur fortunam gradus iſte parit homines, cui ſi præſens fuerit Mars, vel eſſet de quarto; vel Oppoſitione eum reſpexerit è præcipitibus locis ruere eos ſinet, atque pedum fracturam ſubire, ſi malefice Saturnus cum gradum proſpexerit caſu mortem inferet, at Ioue, vel Venere benefice aſpicientibus caſum tollent, fortunatoſque eos faciet, eorum ſtella Mercurij, & Saturni naturæ opitulatur.

30



Tertius hic gradus leues, flexibiles, atque inconstantes facit nascentes, cui si Saturnus, & Luna astiterit, vel illum ex Opposito, aut Quadrato respexerit, magis atque magis instabiles eos efficiet, at aspiciẽtibus istis infortunis benefico radio, constantes, & longeuos eos procreabit, processuq; ac ob eorum, eorum negotia pluries maria nauigabunt, liberis sæpè carebunt, eoq; magis si altera ex infortunis quintam occupabit domum, hi desiderio liberorum suscipiendorum causa, alienos adoptabunt filios, qui si sub falce nascetur, alienos nutriet liberos, qui cum Lupo in lucem venerint, cum lepre, atq; cum ara, cum falce nascentes, arabunt, atq; colent humum frumentumq; semper affluenter colligent, qui cum ore lupi agiles, sapientesq; fient, at si cũ istis gradibus præsens fuerit Mars, miserabiliter à canibus dilaniandos nascentes præbebit, & qui cum toto lupo totum ducent, acuti euadent, at summopere dolosi, fures, impyq; fuerint, qui non solum alios verum ascendentes gradus Mars malefice respexerit,

rit, violenta morte perituros annunciabitur, qui ſub ſiniſtro lupi pede in lucem venient, ibiq; præerit Mars, atrociter a feribus vulnerabuntur, & in fine eorum vitæ pedibus carebunt; at ſi aſcendens in dextro lupi pede ceciderit, hominus naſcentes phreneticos compariet, nec longa fruentur vita. Qui ſub minori Aquarij capite naſcentur, terras vagabunt, & præcipuè nemora deſerta, & inculta loca, in quibus venabuntur, & ſi ſub dextro in lucem dentur, ęquorum inſtructores fient, quibus ſi gradibus beneficum ſydus prę-ſentiam ſuam præbuerit, in talibus ſe exercebunt exercitijs, & eorum opere Reges vtentur, ſi ſub ventre naſcentur, hortulanos efficiet, tenaces, & feneratores, multum laborãtes, & inſudantes, & apoplectici morientur, ſi ſub dextro pede, in aqueis locis vitam terminabunt, qui ſub ara naſcentur, ex ſacrificijs alimenta ſuſcipient, & in fine eorum vitæ cõferentur, qui ſub exitu, ſeù in profuſione aquæ in lucem prodibunt affluentes erunt in eorum prima ætate, quam plures honores, atq; dignitates poſſidebunt, attamen in hac eorum ætate iuuenili diſſipabunt vniuerſum, quod eis oblatum, atq; præſtitum fuerit, huius cauſa eſt, quia naturaliter liberales, atq; grati erũt, verſauice, ingrati illis fuerint, qui pro-

deſſe


desse eis studuerit, his etiam fortunam liberalem, atq; propitiam se ostendet, quapropter quamplures consequentur dignitates, atq; bona patrimonialia, & semper vultionis gratia suos inimicos videbunt. Qui sub lepre nascentur, pauperes calamitatibusq; pleni viuent, erunt pauidi atq; errabundi, eorum labores semper perperam euadent, & sine fructu, talis enim est prædicti syderis natura.

De Trigesimo Piscium Gradibus.


Cap. XV.

VVltimum duodecim Zodiaci signorum signum Piscis comprehenditur, eorum natura frigida, humensque est, aquæ naturæ opitulans; in hoc exaltatur Venus, signumq; commune habetur. Sol in hunc ingreditur signum die 19. Februarij ibiq; vsq; ad 21. Martij moratur, terminum ponit cum his 30. gradibus totumq; solarem cursum, qui constat ex 360. gradibus Zodiaci vti in principio tractatus dictum à nobis fuit.


1




Cum primus ascenderit Piscis gradus, in cuiusque natiuitate, homines nascentes procliues ad curiositatem, qui egregia corporis statura compositi apparebunt, egregieque bonis facultatibus dotabuntur, filios ex ingestu accipient, cui si præsens fuerit Iuppiter liberi, atque fortunati viuent, & quamuis in eorum natiuitate pauperes nascantur, opulenti tamen euadent Oppositum esset si Mars, & Saturnus infaustis oculis gradum illum respexerint; eorum stella Veneris, ac Mercurij naturam consequitur.

2 


Ad suspicionem, & Zelotipiam nascentes inclinat gradus iste, qui itidem erunt timidi; & pauidi, at si præsentes dictis gradibus fuerit Mars, aut Saturnus; vel maleficè eos inspexerint, magnopere infortunati viuent, at cum Ioue, erunt animosi, & ab eorum infortunijs liberi, quæ his prædominatur, stella gradibus Martis, Iouisq; naturæ adhæret.

3 

Impuros, libidinosus, publiceq; concubinarios, hic gradus facit homines, at Mars si præsens huic fuerit gradui Lunaq; male collocata, cum ascendente, & cũ Marte pessimis scelestibus vitijs contaminati erunt; Iuppiter, vel Venus tot tẽperabunt vitia, si beneficè ascendentem inspexerit, quæ his assistit stella gradibus, Saturni Mercurijq; naturæ accomodatur.


4 

Effeminati mollesque, qui in eorum iuuentute nominis nota taxabuntur nefandi vitij, atque luxuriæ nascentes in hoc gradu procreantur, dum his cum præsens fuerit, vel maleficè coniunctus alter infortuniorum, eos crudeliter mori coget violenta morte, at si eum Iuppiter, vel Venus fauentes aspexerint, nequaquam violenta eos sinet mori morte, atque ab enormibus dictis vitijs liberabit, imò magna eos frui fortuna permittet; eorum stella graduum, Saturni, atque Mercurij naturam imitatur.


5 

Optimo ingenio prædi-tos, magnaque doctrina nascentes hic gradus innuit; cui si gradui astiterit Venus, vel Mercurius, & hi coniuncti quomodocunque fuerint radio benefico luminaribus atque ascendenti, homines procreat nobiles, atque diuites, qui longa fruentur vita, & honeste viuent, isti valdè grati erunt artificijs, & hanc ob causam à Regibus gratificabuntur, atque Principibus magnis, at fortunis non aspicientibus benefice hos gradus, non ita gratificabuntur, quæ his prædominatur stella gradibus, Saturni, Mercurijq; naturæ adhæret.

In-

6 


Infortunatos parit na-ſcentes iſte gradus, cui ſi infortunæ benefico aſpectu haud aſticerint, nec per corpus, nec per aſpectum Trinum, vel Sextilem; eos crudeliter à beſtijs laceratos mori coget, quod peius erit ſi infortunæ aſpicient dictos gradus aſcendentes malefice, illorum ſtella, Saturni naturæ adminiculatur.

7 

Paulò minus inclinatos ad ea, quæ de ſexto huius ſigni gradu iam diximus homines facit hic, inquam, infortunatos, calamitatibuſque repletos, cui ſi gradui præerit Mars, vel quouis malefico intuitu cum reſpexerit, mortem ex beſtijs illatam ſentient, aut in maria à piſcibus deuorabuntur; at ibi Ioue benefico cum aſpectu commorante, minime à beſtijs offendetur; hunc


præ-

prædominans stella gradum, Saturni, Iouisq; naturam sequitur.

8 
Bene dispositos nascentes gradus hic procreat, cui si Venus, vel Mercurius associabũtur, magnopere Dei cultores atque Sancto eius timore ornati efficientur, bonosque mores amplectẽtur, & super omnia iusti, longeuiq; viuent. Negotiatores euadent, Principumq; secretarij atq; rationales erunt, diuites peribunt, & honorati filios, quæ habebũt superstites, qui benigno vultu ab omnibus amabuntur propter fratrum optimas qualitates; stella, quæ cadit super hos gradus, Iouis, Saturniq; naturam desumit.

In-

9



Iufti, timorofi pij erga proximum fuum nafcentes ab hoc infinuātur gradu, at fi hunc gradum malefici infaufto radio videbunt, falfi criminis accufati pœnas ferent, atq; infortunia; verum fi feptimam poffidebit Saturnus domum, ex oppofito afcendens refpiciens, violenta eos mori morte curabit, oppofitum eueniet fi Iuppiter, vt Venus prædictos gradus benefice refpicient, quæ hos prædominatur ftella gradus, Iouis, atq; Saturni naturę affimilatur.

10




Nobili animo, atq; maxima authoritate ornatos fic nafcētes denotātur, quibus fi gradibus Luna bene collocata extiterit, ac pręcisè cum duabus fortunis, magis atq; magis potentes erunt; hi nō folum priuatis hominibus noti, fuifq; confanguineis, verum à

Re-

Regibus etiam in notitiam venient,atq; existimabuntur,cumq; hoc euenerit, magnas in Orbe terrarum videbunt Ciuitates,ijs magna tribuentur onera, tam Terræ, quam Maris, secunda fruentur fortuna Regum gratia, verum tandem eorundem causa Regum atq; iussu ex iracundia in eos orta violentam degustabunt mortem; eorum stella graduum, Iouis,Saturniq; naturæ assignatur.

11




In desertis locis lacerandos à feris,ab hoc gradu homines designantur,vel etiam in humidis locis in eorum prima ætate,quare etiam filios vnquam habuerint, cui si infortunæ malefice associabuntur aspectum, eo magis violenta patientur mortem,at Iuppiter,vel Venus,nisi illum benefice aspexerit gradum, eos à violenta morte immunes reddent; eorum stella prædominans Iouis, Saturniq; naturæ accomodatur.

Ho-

12 


Homines in aquis degere, qui se delectabunt, ac in ijs piscatores hic gradus docet, isti in eorũ iuuentute phrenitici peribunt, at Ioue, vel Venere benigno radio gradũ hunc intuẽtibus, haud phrenitici obibunt, nec in eorum iuuentute, verum longeui, fortunatique viuent; horum graduum sydus naturæ Mercurilis, ac Saturninæ est.

13 

Amabiles, & fortunati sub hoc gradu homines fiunt, non cui præsentes Iuppiter, vel Venus, valdè diuites nobilisque animi cognoscentur, viuent aliquo exercitio honesto, at si Mercurius quomodocunq; gradum hũc respexerit, negotiatores, aromatarii, at drogherii fient, isti, diuites, feliciterq; morientur, liberosuè sinent iustos, &

vene-

venerabiles;horum ſtella eſt Mercurii Saturniq; naturæ.


14 

Homines pedetentim qui honores acquirent, & dignitates hic gradus nunciat, qui niſi à Ioue inſpecti fuerint, vel Venere gradus, benigno oculo,ſuæ vitę in locis humidis padulosiſque ab eorum inimicis occiſos,terminum imponēt,qui tanto erūt peiores, quanto fuerint quos receperit multos aſcendens maleficos radios, ab his tamē euadere poſſent vtiq; longeuiq; fieri poſſent, ſi Iouis, & Veneris receperit amantem oculum, quem in his recondita eſt gradibus ſtella,Mercurii Saturniq; imitatur naturam.

Long

16 

Leues mente facit nascẽtes hic gradus, cui præsens Mars, per loca ignota, ac deserta eos errare atque vagari sinet, & per maria incognita, in terris enim semper laborantes angentur, eorum stella naturam Saturni, atq; Mercurii imitatur.

17 

Opulenti, longeuiq; sub hoc gradu nascentes innuuntur, & inter cognatos primi semper erũt, eoq; magis si Iupiter, vel Venus benigno vultu eos inspexerit, erunt fortunati, oppositum euenit, si Mars, vel Saturnus maligno oculo eos intuebuntur, at si fortunę fauentes videbunt gradum hunc à tot malignis influxibus liberabuntur, Martis, ac Mercurii; eorum stella naturæ imitatrix est.

Dul-

17 


Dulciter canẽtes parit hic gradus homines, cui aſſiſtens Mars, vel malefice per aſpectum iũctus, ſuſpenſi peribunt, at ſi fortunæ fauentes videbũt gradum hunc, à tot malignis influxibus liberabuntur, Martis, ac Mercurij eorum ſtella naturæ imitatrix eſt.

18 

Magnos animos, at non firma valetudine gaudentes parit naſcentes gradus iſte; at Ioue, Ioue, vel Venere benefice hos gradus aſpiciente, firma valetudine atq; fortes viuent, oppoſitũ eſſet ſi Ma s, vel Saturnus eos aſpiceret toruis oculis; ſtella quæ hos prædominatur gradus, Martis, Iouiſq; naturam ſequitur.

19 

Optimos oratores facit homines hic nascentes, hi repleti omni doctrina viuent, acutissimoq; præualebunt ingenio, & si his ascendentibus gradibus astiterit, aliqua ex fortunis à Regibus atq; magnatibus quam plura bone suscipient, aliquanti sper verecundi erunt, verum laudabili, atq; perfectis moribus ornabuntur propter quod ab omnibus diligentur; eorum stella Iouis Mercurijq, naturæ opitulatur.


20 

Errones & peregrinos gignit homines hic gradus isti diuersas regiones videre cupiet magna ex parte magis hi efficiet, quam nos in nostro ITINERARIO CHIMICO, qui vt occultam phylosophiam dilucidemus, Alesandriam Egypti pertingimus. Si his gradibus ascendentibus præsentia sua Mars astiterit in eorum iuuentute, maximis affligentur mise-

rijs,


rijs,ac ſæpè alijs famulantes viuent, a tcum primam ętatem dum pertranſiuerint ,fortuna faciem mutabit,ſi vero Iuppiter, vel Mars beneficos in eos radios immiſerint,quãuis in eorum ætate ſecundã ſentient fortunam; eorum ſtella, Iouis, ac Mercurij naturam comprehendit.

21




Primis moribus agitatos præcipites, iracũdoſq; qui ob eorum iracundiam, faciliter homicidia committent, quorum natura rixas amabunt, naſcentes gignit hic gradus ,cui ſi alter infortunarum maleficè per aſpectum aſtiterit, vel etiam violenta morte mori periclitabuntur ; eorum ſtella cum Iouis, Martiſq; natura coincidit.

22




Nascentes ineptos, insanos, impurosq; hic gradus denotat, qui cuiusuis lasciuiæ cęno maculabuntur, at si dictis gradibus Mars affiliés fuerit, vel quod etiam malefice eos viderit, peiores efficientur hoc ipsum curabit Saturnus, præter quam violenta morte peribunt, si vero Iuppiter, vel Venus benefice eosdem videbit, penitus, tam à vitijs, quam à violenta morte immunes reddentur; eorum sydus Lunæ naturam tenet.

23




Venatores, hic gradus, & qui tali viuent exercitio facit homines. Hos gradus si Iuppiter, vel Venus fauens respexerit, Regum venatores efficientur, atq; magnorum dominorum, at vero si Mars, vel Saturnus indignantes videbunt eos gradus, erunt miseri, atq; infęlices; horum stella Martis, Mercurijq; naturæ correspondet.

Ho-

24



Homines, qui omne tempus eorum vitę impendent ad maria percurrenda hic gradus procreat, libenter nauigabunt varias, atq; diuersas regiones quibus gradibus benefice aspicientibus Iuppiter, vel Venus, in aquis dominabuntur, at si Mars, vel Saturnus malefice cum irradiabunt, magis infortunijs, atq; grauissimis discriminibus eos subijectos faciet; eorum stella Martis, Mercurijq; naturæ adminiculatur.

25



Aurifices, sculptores, pictores, & similia exercentes homines innuit iste gradus, ex quibus vitam ducent, cui si Iuppiter, vel Venus fauentes arriserint in omnibus in quibus se implicabuntur exercitijs fortunam benignam expectabunt; at si Mars, vel Saturnus non fauētes aspexerit, valdè miseri viuent; eorum stel-

la Mercurij naturam includit.

26 Quibus hic gradus ascenderit, miseri vitam experientur, quod si his præsens fuerit Mars, vel Saturnus cum aspectu malefico, eos efficiet nautas, balneatores, atque alijs seruientes, eruntq; valdè abiecti, atq; miserabiles; eorũ stella assistens Saturni naturæ ascribitur.




27 Errabundos peregrinantesq; Orbem nascentes efficiet gradus hic, spinarum punturas subibunt, ex quibus mortẽ suscipient, quãdo ascẽdentes, hi gradus beneficos non habebunt aspectus Iouis, vel Veneris, euenient eis infortunia; at si Mars, vel Saturnus malefice inspexerint, sęuiores erunt punturę, atq; lethum eorum, quę super




hoc

hoc cadit stella gradus cum natura Saturni concordat.


28 
Qui sub hoc gradu nascentur, incerti erunt, libenterque per Orbem errabunt, & præcipuè per loca deserta, & inculta, at si astiterit his gradibus Mars, vel maleficos in eos immiserit radios dilaniādos à bestijs eos obtuet in aqueis locis, atque humentibus; verum si fortunæ fouentes arriserint, à praua gradus malignitate liberi euadent; hic stella cadit, Saturni, atque Mercurij naturę adscripta.

29



Bene dispositi honorabilesq; qui sic nascentur fient in omnibus eorũ actionibus, quibus si gradibus Iuppiter, vel Venus beneficè connectentur per aspectũ, & Luna bene collocata ex aspectu cum dictis fortunis, gradibusq; ascendentibus, nobiles, diuites, atq; fortunati efficientur, oppositum eueniet cum infortunę maleficę, eos intuebuntur; eorum sydus graduum Martis, Iouis, atq; Mercurii naturę intrinseca est.

30



Qui eorum exercitia in aquis agent ab hoc denotantur gradu nascentes, atq; artes laboriosas captabunt; hi magis valebunt corpore quam ingenio, cum hi nascuntur in extremitate caudę Piscium, quę est vltima linea diuidens signum Piscis ab Ariete, atque his præsens fuerit gradibus Mars, eunuchos eos efficiet, at si quę

in

in septētrionem vergit parte piscum, quę sita est, vbi Ceruus atque Lepor oriuntur, Venatores procrearet. Si in parte Australi, quę est vbi oritur Cętum, & Delphin, inclinaret eos ad talia exercitia; & vt clare intelligamus suo ordine elucidabimus, atque distinguemus hęc; qui enim cum Ceruo in lucem venient, & iis gradibus pręsens fuerit Mars; bellis proponentur, euadentque duces, exercituūq; ductores extra patriem hi in remotissimis regionibus vita priuabuntur. Qui vero sub ore Cerui in lucem venerint, Serpentes capient, & hi etiam si planetam infortunatum non habeant, violenta morte peribunt sic permictēte maligno sydere, quod in his cadit gradibus; At qui cū pede Cerui lucem videbūt; vagi fuerint, & iuxta planetā assistētē iis gradibus sic eueniet, mors nā si natura benefici existet, naturalē sentient mortem; sin malefici, violenter vita finient. Verum nullo planeta, ne è pręsente, nec aspiciente dictos gradus, infeliciter peribunt: Verum, qui sub lepre nascentur; expertissimi euadent in gubernandis nauibus, & similiter in maritimis efficiendis instrumentis. Nascentes in cauda Cęti cum his gradibus ascendentibus astiterit Mars, crudeliter à feris dilaniabuntur; qui

in duabus Cęti partibus oriantur præsentibus Venere, & Mercurio, potentes homines subijugabunt, & in hoc proficientur, ac quam plura fortunę bona adipiscentur, alii præsentia in hac eadem coniunctione, famuli euadent, verum digni, gratissimiq; suis Dominis. In tertia Cęti parte inclinantur nascentes ad nauticam exercendam, qui libenter maritimā Orbis partem nauigabunt, cui stellę si Mars astiterit, eorum valdè præceps erit nauigatio, si Iuppiter valdè felix, si non, Venus similiter fortunati viuent; quotiescunq; enim Mars assistens fuerit cum 30. gradu piscium, homines prębet interficiendos, à piratis, vel in mari, vel in eius littoribus; talis namq; est huius syderis natura.

Adnotatio circa stellas fixas. Cap. XVI.

MAiores, quæ ab Astrologis fieri debent obseruationes circa significationes geniturarum, sunt fixarum stellarū perspectiones, quoniam in ijs magis preualet, nam certum est, quod si aliquis planeta in aliquo angulorum extiterit, & in eo gradu particulari ad fuerit stella benefica, maiores futuræ erunt

for-

fortunæ, quas sortientur sub tali gradu in lucem vehientes; manifestũ, atque euidens est viri fixæ stellæ, talem esse vt nedum ex se ipsa influat verum à fortunati Planetę radijs perspecta maiores, at maiores vires acquirat, ac quod bona fortunæ efficient, è contra infortunę, nam cum Regiam habebunt, sicut in pluśquam centum exemplis euentus in medium afferre possumus, quos ipse in natos intulere, cũ ijs in gradibus inuentæ sunt, & quoties, ac quoties homines nisi sunt expositi incommodis discriminibus, nunc contra hostes mox aduersus fatum, & postea statim, atque non solum liberos euasisse, verum omnino ab omni quam minimo incõmodo solutos, nedũ ab ipsa morte; atque euectos in sublimiores gradus positos. Quòd totũ ex stellis fixis originem duxisse experientia probatum est, quæ suis viribus obsistunt impetui planetæ, qui magis radios in illos gradus porrexerit, in quibus fixa stella collocata manet, nam planetæ non modo superant gradum vires, verum perspicitur inter se colligi, & hinc oritur in pauco temporis interuallo, tot conspici mutationes atque extrauagantias; neque id mirum videri debet nam experientia, atque obseruatione comprobatũ pluries nobis fuit Mercurium in prima; atque decima figuræ

do-

domo nascentibus, neque dominum, neque ingenium tribuisse, & vt ita dicam hac in re ne lucem quidem à tenebris eos distinguere sciuisse, quod totum ortum duxit ex repugnãtia stellæ fixæ natura malefice in tali gradu inuentæ, quæ austulit, quod influere poterat Mercurius suaui stellifica. Oppositum propinatur idem Mercurius, nam inuentus in locis infimis debilibus, & sine dignitate essentialis maiores tribuit dignitates, quam si in locis sublimioribus collocatus, suisque exaltationibus; quod omne obseruatum est ortum duxisse à stellis fixis quare dicendum, & concludendum, stellas fixas magnopere iuuamen afferre atque nocumentũ illasque partialiter in angulis collocatas habere, qui si regiam natura presefereent, magna pollicebuntur aliter tamen aliarum participes naturarũ, vel aspectum se habebunt; & quando maleficam posidebunt naturam, & cum fortunatis planetis se implicabuntur clarè conspicitur eorum vires auferre, atque cum Regia natura ijs insita erit etiam si cum infortunatis planetis coniungatur, eorum tamen infortunia contemperat, at audeo vos docere explanationem, quorum 360. gradus decimæ, siue modij cęli continebit; & si in hac prima parte tractatum agressi sumus, & conpleuimus
de

de Aſcendente,re tam digna,cum de uita ſermonē habeat,& de magiſterio.In ſecunda de decima,non minus prima digna,cum poſt de vita pertractationem,& de opere,agat de dignitatibus,& exaltationibus,& quia dignitatibus caſus opponuntur,& exaltatiombus impedimenta,de benefica,ac malefica ſtellarum natura verba faciemus,quæ euehunt ,atque deprimunt.

Quod circa loca nobis dictū fuit,nō vt cauſa docendi præceptores , atque profeſſores Aſtrologicæ diſciplinæ,ſed tantum prò tironibus,qui non dum ſcientiæ pelagum ingreſſi ſunt,nam paucos vidi,qui extiment ſtellas fixas ,vtuntur enim Arabum ſtultitia,dicentiū eis ſat eſſe Planetas bene collocatas habere; & in bonis aſpectibus,atq; ſtellas fixas parū, vel nihil facere ; Cur nos tractatum hunc agreſſi ſumus,fuit vt modernis Aſtrologis oſtēderemus vera dogmata,q̄ circa ſtellarū fixarū obſeruationes requiruntur, & earum paruifactionem cum ſciamus,qua ſedulitate Antiqui fixarum ſtellarū aſcētiones obſeruabāt . Et quamquam variæ diuerſeque fuerint Antiquorum circa numerum opiniones fixarum ſtellarum nihilominus infinitæ,& ſine numero extant,& vt in medium illorum opiniones afferamus,dicemus, dicemus Græcos ſcrip-

tores illis tribuisse numerũ 1222. vt satis scriptum reliquit Ptholomeus. Hypparcus numerauit 1080. Romani ante Ptholomeum 1600. vt Plinius refert. Veruntamen iuxta communionem doctrinam tenere debemus opinionem illã, quæ ponit eos in num. 1022. qui à nobis communiter tenẽtur, & hæ. 1022. in sex diuisæ sunt species magnitudinum, vt in pricipio huius tractatus annuimus, & cæ primę magnitudinis sunt 4. & 43. semidiametrũ terrę secũdę sũt 4. & 29. tertię 4. & 8. quartę vero 3. & 46. quinta 3. & 16. sexta tãdẽ 2. & 36. post has sunt aliæ, & tales vt proprium superest, quas omnes obseruare, & satis comperti sunt eas planetarum naturas prędictas esse; cunque nos ostendissemus, influentias ab ipsis traditas, tam in natiuitatibus hominũ quam in tẽporum mutationibus, de temporum nostri Prisci descripsere, non tamen effectus, verum etiam propias earum naturas, id non mirum visum fuit, quia per tempus eis licitum fuit earum exercere experientias, & ob id laboribus non pepercere, cum vidissent medijs laboribus positos se esse vniuersę impossibilitatẽ, nec derelinquere scrutari omnes illarum minutias, & inter cætera 12. signiferi signa obseruare, quorum sex dedere Soli, sex vero Lunę primos sex Soli traditos ex

Ariete exorsi, in quo sol ipse exaltatur, & in Aquarium vsque; sex reliquos Lunę tributos à Tauri signo, in quo ipsa exaltatur piscibus tenus; quorum 12. signorum Sol per se Leonem seruat Lunaq; Cancrum; reliq; decem distribuuntur inter alios quinque planetas, Saturno .n. soli Aquarium, Lunę Capricornum; Iuppiter, Soli Sagittarium, Luneq; pisces, Mars soli Arietē, Lunæ, Scorpionē; Venus, Soli, Librā, Lunæ, Taurū, Mercurius Soli Geminos, lunæ, cum Virginem tribuunt; & hæ iam dictæ sunt domus dictorum planetarum.

Hic in mentem nobis venit dubium quotidie discussum inter idiotas, videturque illis maximum profundissimūque problema. v.g. Ponatur casus, quod vtrum si essent homines in Naui, commorarentur quæ fortunæ naufragio summergeretur, omnes illi nati sunt eodem tempore, quò stellæ submersionem, & suffocationē in aquis denotat. Respondemus, & si difficillimum videatur, tum rei veritate facillime diluitur; Nam primo Nauis, quam ipsi conscendere sub malefica ac pessima cōstellatione principium constructionis suæ habuit, quæ constellatio talis est, vt ad se trahat generaliter cunctos infortunatos, Secūdo, & si nobis videatur difficile, imò impossibile omnes illos vno tempore natos esse, tamen nihil

est, tum tot sunt stellarum gradus, quæ submersiones indicant, vt in numero sint plures, quam mente homines capere possint quâdo sciret 360. gradus à nobis descriptos, forsan, non sic loquerentur, quodq; circa hoc dictum fuit, circa vnumquoque intelligit debet, nam & si stellæ fixe diuersæ sint, ac infinitæ magna tamen illiarum pars cōcordat in gradibus, & naturis.

Prognostica circa reuolutiones Annales. Cap. VI.

PRimum, quòd obseruari hic debet, est videre, quisnā ex planetis Dominus sit reuolutionis illius anni, de quò sit reuolutio; & vtrum ille sit bene annale collocatus in figura, in quâ ceciderit.

Domus bonæ sunt, prima, secunda, quinta, decima, & vndecima.

Malæ vero sunt, sexta, septima, octaua, & duodecima.

Mediocres sunt, tertia, quarta, & nona.

De

De Saturno Fortunato.

VT igitur à Saturno exordiamur cum is anni reuolutis Dominus erit, & orientalis, & valde fortis in prima radice figuræ, quã fortitudine correspondeat in Reuolutione, atque in bonis figuræ locis collocatus, quæ exigetur tempore reuolutiones. vz. in prima, secunda, quinta, decima, & vndecima, cum igitur id erit. Natus eo anno vtilia procurabit, atque fortunę tum etiam firma fruent. valetudine inferendo fortunam propitiam experietur inplantando, atque conducendis agris ædificijs similibus; hoc tempore optimũ conmercium cũ amicis habebit, honoresque dignitates, atque diuitiarum commoditates adipiscentur.

De Saturno Infortunato.

Cum Saturnus occidentalis fuerit, atque infortunatus atque, in locis infimis ac abiectis collocabitur. 3. in 6. 7. 8. & 12. nascentibus eo ãno minatur frigidos morbos, ac atrabilarios Hydropes, melancholias, & flegmatum exuperantias, Solet etiam hic maleficus planeta in omnibus nati actiones molestias afferre in omnesque eius exitus inpedimenta, atque in-

fęlicitates in boni mobilibus,& immobilibus danna,& in corpore valetudines, indignitatibus persequutiones, eoque in tempore, quò Saturnus dominabitur omnia in eis peruersa euenient.

De Ioue Fortunato.

Iuppiter Dominus anni, atq; bene collocatus in radice, optimeque configuratus in reuolutionis figura; fęlices, fortunatosque euentus portendit, natumque magnopere tali tēpore disponet in vniuersis eornm actionibus, tunc facultates acquirent cum fortunę bonorum augumētis, bonam apud Principes famam acquirent, atque apud magnos dominos, tā Ecclesiasticos quam temporaneos; filios concipient, idque magis erit, si dictus Iuppiter in domos filiorū ceciderit, quę sunt, 10.11.& 5. idipsum efficit Venus Ioui coniuncta; similiter Ascendens vel coniunctum, vel de 3. vel 6. aspiciens Iouem.

De Ioue Infortunato.

Cum Iuppiter infortunatus fuerit, isque occidentalis sub radiis infortunatis, tam luminarium quam in infimis genituræ locis inuen-

uentus, videlicet 6.8.& 12. domo, nascentibus glorias diminuet, feliciaque tempora; ac cumulum expersarum eis tribuent, qui etiam in bonis fortunę detrimentum patientur careat natus eo anno ab angustijs Iouialium hominum, qui sub ficta bonitate magna in eos danna inferet. Indicatur eis tũc temporis męror, atque mors suorum consanguineorũ. Idipsum efficit Ascendens cum in radice de]4. vel oppositione configurabitur, vel tempore reuolutionis cadet cum talibus aspectibus maleficis atque infaustis.

De Marte Fortunato.

Marte existent fortunato, tam in radice, quã in anno reuolutionis, eoq; in vtrisq; figuris, tam radicis, quam reuolutionis libero, & Cursu veloce, & in bonis figuræ locis collocato, in omnibus nobilibus actionibus exercitia eis promictentur, eoque tempore reuolutionis ab ipsis omni cupita est sententiã obtinebunt. magis atque magis prudentes erunt, & apud magnates Principes gratiam inuenient, atque magnos Dominos, ab ipsisque, qui cupient adipiscentur quam plurã emolumenta suscipient, atque honores. Si Mars de 6. vel 3. Iouem respexerit, vel So-

lem idem significabitur; quòd non modo erit verum si horoscopum sic intuebitur,

De Marte Infortunato.

Quoties Mars infortunatus extiterit malũ presagit non autem bonum. eius infortunia sunt cum fuerit retro gradus conbustus in infimis cæli locis, qui sũt 6.7.8. & 12. domus, & cum taliter radijs indispositus fuerit: iracundiam, perturbationem, mẽtis cogitationẽ, atq; sollicidutinẽ, caueat nascẽs eo tẽpore ab armis à litibus, itineribus, rixis, atq; ludis; In corpore læsiones experientur; detrimenta sentient, fraudes, & ex igne molestias, morbos ex excalefacto Sanguine, valetudinesque ex biliosis humoribus, calidisq; ortas patiẽtur.

Perfectio horoscopi cum per corpus Martis transiuerit, vel cum de 4. vel 7. aspecies idem affert.

De Sole Fortunato.

Tunc Sol fortunabitur, cum Dominus anni effectus in suis Signis potentissimus inuenietur, atque gradibus sicuti in tempore natiuitatis comprehendebatur, eoque fortunato considerato cum Stellæ for-

fortunatæ copulabitur,etiam in figuræ domibus,in quibus specialiter cadit 93. bonæ censentur, prima 2.3.4.5. 9. 10.& 11. & tunc fortunæ felicitates indicat,tam cum principibus,quam Dominis, publica officia, atq; sublimia, dignitates, ac gloriæ augumenta pollicetur; fortunæ bona adauget, fortes doctos, liberales, magnanimos efficit; & quoties Sol tempore reuolutionis,in aliqua dictarum domorum inuenietur, annus prosperus,ac felix, natis,indicatur.

De Sole Infortunato.

Tunc infortunabitur Sol cum erit impeditus in aliqua cæli Domo,quæ erit 6.7.8.& 12.& non modo in dictis Domibus, verum cum erit in oppositione,vel quadrato;Significat à Regibus detrimenta,à principibus, & Dominis,eo tempore caueat natus à commercio hominum solarium, nam per eos infortunia danna,atque merores anni accipient. Sic Sol consuescit morbos calidos afferre quod idem efficiet cum prima domus proficiscentur, vel transibit per septimam quæ ei opponitur.

De Venere Fortunata.

Cum Venus effecta fuerit anni Domina, vel reuolutionis, eaque fortunata exstiterit, tam in radice, quam reuolutione anni, beneque collocata fuerit à nec retro gradu, & in bonis cæli locis posita, vt alias diximus; Iucunditates, felicitates ioca epulas, conuiuia, & letitias affert, insuper mulierum amores, beneuolétias, ornatus, odores, cultus, delitia, musicas, & optimas corporis valetudines. Annalis perfectio, & præcipue in horoscopo sensit in coniunctione in trino, vel sextili Veneris, idipsum pollicetur, quod iam diximus.

De Venere Infortunata.

Quandocunque Venus malè collocata inuenietur in radice, & reuolutione anni, vel etiam impedita cursu fuerit, idest retro gradu, vel in Signo alieno eius naturæ inimico, vel in 6.8. aut 12. commorans, mala ac danna mulierum causa promictit, atque ob Venereos actus maxima detrimenta obuenient; infortunia in epulas, potibus atque medicinis innuet, mærores, atque flagella. Cũ horoscopus proficiscetur ad Venerẽ de quadrato, vel oppositione eadem pr omictit.

De

De Mercurio Fortunato.

Mercurio domino anni effecto, eoque fortunato ab alijs fortunatis planetis existente nascentibus bonorum augumenta innuet; glorias laudes, ingenia, annique tranquillitates, quã propter quouis mærore eos spoliabit; in mercibus valdè fortunatos efficiet, & in itineribus; erunt etiã ij optimi oratores, & in eorum exertijs magnopere felices. Cum in annali perfectione fuerit in bonis horoscopi aspectibus, vel etiam in beneficijs aspectibus, vz. in coniunctione, trino, vel sextili idem annunciabit.

De Mercurio Infortunato.

Tunc Mercurius infortunatus erit cum in radice inuenietur in 6, 8, & 12, domibus abiectis, quòd idem erit cum in reuolutione, in aliqua dictarũ domorum ceciderit; qui cũ Dominus anni reuolutionis effectus fuerit, varia, diuersaque incommoda adducet; inter cætera affert famulorum excidia, vilium que gentium eis insidias præbebit causa litium literarum, contentionum, atque fidei præstantiæ deficientiam, qui si in radice malè collocaretur cum ascendente ex Quadrato, vel

vel Oppositione , & sic cum reuolutione correſponderet , atque profectione, quod ſupra dictum eſt eueniret.

De Luna Fortunata.

Cum Luna eo anno erit domina geniture,ſeu reuoutionis,eaq; feliciter collocata in beneficis figuræ locis proſperitatē,magnaq; lucra cauſa itinerum adducet optimam corporis ſatitatem , eoq; tempore donationes, tam ex nobilibus, quam popularibus , & precipue à mulieribus;domus fortunatæ Lunæ ſunt,vt & aliorum.

De Luna Infortunata.

Cū Luna infortunata fuerit cū ijs requiſitis de quibus circa alios loquuti ſumus;penitus vitanda conuerſatio peregrinorum, viatorumq;vt & nauigantium erit,eo tempore natus non nubat, crapulas fugiat,nam ſi Luna malè collucata fuerit,tam in radice, quam in reuolutione, omni leui occaſione in infirmitates incidet. Semper enim Luna malè Horoſcopo coniuncta,vel ex Quadrato, vel Oppoſitione idipſum adducit.

finis

DE QVATVOR SIGNIS;

quæ apparent in vnguibus manuum.

AVCTORE

PHILIPPO FINELLA.



Neap. Typis Iacobi Gaffari. 1649



I.

C

c u
obi
um
pot
pus

ILLVSTR.mo AC EXCELL.mo

Domino,

D. HIERONYMO

MARIÆ CARACCIOLO,

CAMPANEÆ PRINCIPI, S.Giorgij Duci, Terrecusij Marchioni, Castri Abbatis Domino, Militi Alcantaræ Paraleidæ Commendatori, Hispaniarum Regis Magnatis, & Equestris Militiæ Tribuno in hoc Regno.



ON est per se ipsum tam tenue, & molle Corallum donec sub salsis moratur vndis, quam manibus tangendo obdurescit, & petrificatur. Speculatio enim priusquam formale informet obiectum in cogitatione non aliud est, quam vmbra excogitabilis, quæ formata in animæ potentÿs formam assumit, Spiritum, & Corpus; embryo verò in suis primis principÿs est

informatum incognitum, & monstruosum, sed effectis cunctis membris elucescitur natum. Tanto dic pro Corallis, intelligendo quatuor signa, quæ in vnguibus manus apparent, quòd est Titulus Operis, nam Corallum immersum aquis præ subtilitate, haud præmio, quas retinet occultas virtutes in consulgures celat præ speculatiuas obseruationes, & experientias gestas, ac trudes præ embryone labores, quo hodiè in lucem adicunt tuo sum clarus, quem rogo gratanter accipiens illam generatiuo, quò tibi, nec detinuerit, quòd sit modicum volumen; haud enim ignorans, quod quò minus munus, tanto extimatione dignus, si quidem perspicimus Margaritæ in tanta sunt extimatione habitæ, nec tam prò extimatione, quam pro virtutibus, quas habent; Adamans adauget generaliter hitapus cor holirescit; pericula propellit turchesia; Saphirius ardentissima refrigerat libidine, sanguinem restringit Elitropia, Topatius fantasmata fugat; Sardonius facit hominem letum, & amabilem; Topatius vehementer vires corrobo-

rat

rat. Imites facit castos; Pentaura ad se trahit omnes Margaritas, vt magnes ferrum; Hyacinthus vig rẽ præebet virtutibus omnibus corporis, Balassus pellit omnes à mente cogitationes noiosas; sines bistra subleuat spiritus vitales cordis, & bericcus amorem crescit inter coniuges; Quid ergo mirum si meum volumen non est magnum, si gemmæ, vt paruulæ tantæ sunt virtutis; sed vbi nam reliqui admirabiles illas virtutes illius existimatissimæ gemmæ attractiuæ sui nominis reddentis humanos animos efferatos; cedat ergo adamans generositati; Piropus gaudio, Turchesia periculis, Saphirius libidini, Elitropia sanguini, Topatius fantasmatibus, Sardonius affabilitati priopus viribus Aries Castitiæ; Pentaura attractioni, Hyacinthus virtutibus Animalibus, Balassus cogitationibus, Amethopos virtutibus vitalibus, Brillus amori; singularum Tua Dominatio nostra gemma magis vnica, & singularis est, ob virtutes, quas possidet multiplicatas, Docti eam admirantur, & simul terrent indocti, quare ego dubius incidendi in Oris detra-

ctorum maleficibus vſus ſum nunc attractiuo ſui nominis, vt à ſapientibus corrigerer, & lederer à Zoilis, in quam donum, donatoremquè accipe eo affectu, quò ego porrigo, & ab Altiſſimo tibi omnes deprecor voluptates.

Excell.

Additiſs. ſeruus

Philippus Finella.

De quatuor ſignis, quæ apparent in vnguibus manuum.

AVTCORE, PHILIPPO FINELLA





N noſtra Phiſonomia Naturali, quam ſuperioribus annis imprimendam curauimus, clariſſimè de ijs ſignis, quæ aliquibus temporibus in manuum vnguibus videri ſolent egimus: Cuius ratio, & ſeries ſatis breuis fuit in oſtendendo, atq; etiam in eorum ſignificationibus ſignificandis. Ac ſi alijs in locis noſtrorum laborum, & compoſitionibus, occaſione differendi, quæ illis temporibus accidit nobis, hominem ſeptem ex rebus conſtare diximus, id omne tamen iure optimo, vt verum, & probabile, probatum fuit; quæ ſeptem res, ſunt oſſa, ſanguis, corium, nerui, caro, pili, & vngues. In oſſibus conſtat Saturni frigiditas; in ſanguine humidum radicale Iouis; in corio calida ſiccitas Martis; in neruis ſpiritus

vitales Solis;in carne Veneris formalitas;in pilis natura Mercurij, & in vnguibus superfluitas Lunæ;pro frigido,& sicco intelligitur Terra pro Terra mœsti;pro calido , & humido intelligitur aer,& pro aere sanguinei;pro calido,& sicco intelligitur ignis,& pro igne iracundi,& pro frigido,& humido intelligitur aqua, & pro aqua pituitosi.

Hæc elementalis natura , proptèr participationem quam habet ex mixto,affert corruptionem totius humani compositi , & si frigidum non participaret ex sicco, & humido , non esset hic infra aliqua corruptio , præcipuè in corporibus sublunaribus ; sed cùm omnis nostra cõpositio facta sit ex mixtione , necessè est , vt sequatur corruptio;vndè oriuntur posteà omnes inferiorum corporum valetudines aduersæ.

Dicamus igitur, quòd cùm Luna sit prædominatrix vnguium;de quibus acturi sumus, est velocior quouis alio Planeta , sic etiam superat omnes in humido, & frigido ; & quanquam in capillorum fumositate est pars superflua,tamen non est,vt illa vnguium; nàm experientia videmus , quòd cùm capilli tribuantur Mercurio, nunc veniunt rari,nunc densi, nunc crispi, nunc extensi,nunc calui,nunc hac,nunc illa ratione , effectus verè Planetæ Mercurij,qui sicuti inuenitur cũ alijs ipsius naturę,ità illis conformatur.

Sunt

Sunt igitur vngues partes superfluæ, sed mixtæ compositionis, vt superius diximus, hoc est, frigida, & humida, cuius mixta natura, aquæ elemento tribuitur, cuius humiditas efficit, vt illæ libentèr crescant, ac iure dici potest, vngues hominis (ob naturam, & mixtionem aqueam, quam habet) specula esse ipsius hominis, quia facilè aspiciuntur effigies illorum, qui in ijs se aspiciuntur, non tàm proptèr earum opacam luciditatem, quàm ob coloris splendorem, & certum est, quòd cùm patitur in digestione, color natiuus vnguiū, prorsus aspicitur pallidus, niger, ac decoloratus; quaproptèr experientia dicere possumus, putredinem vnguium claré ostendere nobis ad viuum per extrinsecas apparitiones, intrinseca corporis accidentia; cùm verò apparent rubræ, lucidæ, & boni speciminis, certum est, illum optimè valere, animo trāquillo, & sereno.

Duo potissimùm considerauimus, & obseruauimus in naturali Physonomia, oculos scilicèt, & vngues, nec quicquā est ipsis euidentius, vt possimus animi passiones, & cognoscere, & discernere; oculos in luciditatis splendore, & vngues in colore, & veluti hæc apparebunt, poteris existimare cuinam magis humori sit homo suppositus, semper tribuens mœstos terræ frigiditati, quibus proptèr exiguum, quem habet,

bet,calorem, cruda infertus indigeſtio , & hinc euenit color niger . Sanguineos naturæ aeris, ex humidi,quod habent,affluentia, & largitate, quorum color erit albus . Iracundos igni, præ iraſcibilitate , quibus rubeus adeſt color , & pituitoſos aquæ mixtioni quorum colores cineraces ſunt; Nàm hanc rationem ſectando, tua ſponte poteris, quemadmodum natura ſuos , in creaturis, operetur effectus , dignoſcere, rerum omnium vniuerſalis vera mater,ex quò nobis, cunctas occultas,quas amplè poſſidet, facultates vno tempore repreſentat . Quidnàm tibi poſſet illa præſtare ſi lingua conſtaret,niſi ſua, ſub ſignorum ſpecie , aperire ſecreta? quòd ſi interdum ſuper vngues exigua ſigna apparebunt puncturæ acus magis,minuſq; magne, vel paruæ aquæ guttæ,effectus ſemper iudicabis ſecundum ipſorum apparentiam, ideſt, ſi parua erunt ſigna , paruum erit , & ſignificatum , & ſi magna,magnum.

Reliquum eſt , vt mixtos declaremus colores. Verbi gratia, rubea gutta hærens albo, nigra rubeo,& cinericia albo,poteris in hoc inferre peculiare iudicium , in quo tibi eſt adhibenda ſagacitas,& ingenij excitatio, vt dicere eſt, ſi alba rubeæ foret agglutinata , vel rubea albæ, benè perſpicies vtra earum ſit maior, illa enim hoſpetrix erit,& hoſpita minor; ſed hoc ſuo lo-

co

co apertiùs declarabitur cùm ſuis ſignificatis.

Dicamus itaq; quòd cùm ſit Luna alio quocumq; velocior cęleſtj corpore, conſequenter ductrix eſt, quæ ducit, & ſinit nos cuiuſq; coniunctionis aſpectus, ac prępipuos inſpicere gradus. Siquidèm ſinit nós quænàm ſint in cœlo ſtellæ fixæ cognoſcere, & quinàm planetarum aſpectus, cum mutatione, tùm temporum, tum ſuè corporum ſublunarium, in hominibus ſuperfluos humores, & reduntâtes, vegetatiuam in plantis, ac miſticam in metallis eſſentiam ipſius metallicæ diſpoſitionis; quare Luna eſt ſuper omnes argumentoſa. At ſi Philoſophus inquit, ſolem, & hominem, generare, id dixit quoad vitalem virtutem, ſed naturales occultorum naturæ ſecretorum, nihil, aiunt poſſe attingere finem, nì ſuum habeat principium, nec abſolui, nì prius ad ſuam primam reducatur materiam, nec aſpectuum poſſes eſſe capax cœlorum, niſi coniunctione Luna coniungeretur. Et quis oppoſitionem intelligeret, nì Lunæ eclypſis clarè conſpiceretur? Ad ſummam ipſa nobis trina inſinuat, ſextilia, atq; quadrata, quæ inter ſe faciũt quotidiè cœli. Prætereà nos illa docet per hæc apparentia ſigna in vnguibus manuum hominum, tranſitus cronocatores, ac momentaneas progreſſiones ſuorum circumuolutionum.

Quamobrèm nihil eſt admirationis, ſi in vngui-

guibus ceù ſuperfluis partibus à Luna prædominatis, huiuſmodi aliquando videantur apparere ſigna; quandoquidem vti principium, materiam diſponit magis quàm alio aliquo. At quoniam in ſecundo noſtræ phiſonomiæ libro, de horum ſignorum apparitionibus diximus velle diſputare, ſumus contenti id nùnc executioni mandare, noſtras propalando experientias, de quatuor coloribus cumulate agendo, ad maiorem proximi profectum, ſic vtiquè nos edocet Redemptor noſter.

Vt enim in vſum venias tantę obſeruationis, moneo te, ſigna alba ex bona manare diſpoſitione, & nigra ex mala, exempli gratia, humor ſanguineus quãdo redundans eſt, lætum reddit hominem, hilarem, bonæ conſtitutionis, naturali colore perfuſum, liberalem, pium, pacificũ, beneuolum, lepidum, ac proximi amatorem; vndè poſtmodum de bonis, & naturalibus effectibus, quos hæc alba ſigna poſſunt afferre, facilè valemus inferre coniecturam. Cum autèm apparent ſigna nigra, indicium eſt, atrambilem prædominari, & ſuſpicioſum hominem facere, pauidum, timidum, auidum, impiarum cogitationum atq; maleficarum, quos effectus ardui quidèm, & peſſimi ſunt ſemper habendi.

Quandò verò rubea, iracundum laticem ſuperabundare argumento eſt, qui nimirùm iracun-

cundum efficit hominem, mœstum, ac repentinorum, improuisorumq; motuum; ex quo indignationes oriuntur, odia, rixæ, atq; tumultus. Ac tandem cinericia cùm fuerint, non dubium, quin pituitosus præsit humor, pigrum statuens hominem, socordem, tardum, & in negotijs ambiguum.

Porrò horum effectuum causa potissima, prouenit ex corde, quod veluti pars nobilior toto humano composito, exuberat spiritibus vitalibus, & ibi abundantiùs operatur, quò plus influit ille humor, & foras deindè emittit super vngues paruas puncturas illas; & quò fortiores, & validiores fuerint illi spiritus, grãdiores quoq; ac vegetiores producent effectus; & ea est, quã facit horum spirituum vitalium, constipatio, vt facilè communicet cum animæ potentijs, scilicèt memoria, intellectu, & voluntate, adseruans in prima species præteritas; rerum notitiam in secunda; & executionem in tertia cuiusq; consilij sui, è quibus cõmunicatione, & effectibus, cunctarum prodeũt iudicia rerum, (secundum tamèn coniecturalem partem, & non iudiciariam) quæ vtiq; coniectura soli obseruationi innititur, ac temporis experientiæ.

Et licèt hæc signa non semper eodem appareãt colore, nec forma, vt dictum exstat, neq; in eadẽ vngue, sunt tamèn in genere ipsius substantiæ quo-

quorum ſic indifferentes apparitiones, maximo nobis fuere labori; quoniam, vt per coniecturas id intelligeremus, varias, innumeraſq; nos oportuit vſu cognoſcere experientias. Quare, experti ſumus, hæc alba ſigna, quo tempore apparent in vngue digiti medij Saturno aſcripto, non attuliſſe illud ſignificatum, quod ceteri attulere colores; & ſigna nigra, quæ in digito indice Ioui ſubdito, viſa ſunt contrarios produxiſſe effectus, & ſic de cœteris dicimus; quæ nimirùm obſeruationes, magna ex parte nos facere capaces nedùm ſuorum ſpeciminum, verùm etiam, & ſignificatorum, & hac in noſtra ſententia, haud ſinunt nos Aſtrologi mentiri, neq; occultarum rerum naturæ naturales obſeruatores; nec quid reperitur in mundo, vel grande, vel modicum, cui Auctor vitæ ſuum nō præbuerit naturale inſtinctum, aut occultam virtutem, & id omne, vt hominem iuuaret atq; ditaret. At quoniam ſecūdæ cauſę non influūt, nec operantur iuxtà noſtrum arbitrium, idcircò tenemur neceſſariò credere à prima cauſa omnia manare, & atteſtamur, tunc in nos ſecūdas cauſas influere poſſe, quando nos ipſi eis aſſentiri velimus (de corpore loquendo) ſed tāquàm liberi, nihil ab influentijs cogimur ſtellarum. Agendo verò de ſublunari corpore, inquimus, peculiarem planetam horis omnibus do-

mi-

minari diurnis, atq; nocturnis. En exemplum, primæ horæ diei dominicæ, quæ incipit ab ortu solis, ipse Sol est dominator; secundæ horæ Venus; tertiæ Mercurius; quartæ Luna; quintæ Saturnus; sextæ Iuppiter; septimæ Mars; in octauam redit Sol; Venus in nonam; Mercurius in decimam; in vndecimam Luna; & Saturnus in duodecimã. In dominio verò horarum noctis dominicæ (eandem seriem tenendo) Iouis intrat dominator primæ; Mars secundæ; tertiæ Sol; quartæ Venus; quintæ Mercu ius; sextæ Luna; septimæ Saturnus; octauò Iouis; nonæ Mars; decimæ Sol; vndecimæ Venus; & duodecimæ Mercurius, & sic finit naturale domininm viginti quatuor horarum dominicæ, iuxtà Ptolomei doctrinam. Igitur, si vltimæ horæ noctis est prædominator Mercurius, sequitur, Lunam fore dominatricem horæ primæ diei Lunæ; & quemadmodum dictum est de illo Planeta, identidèm de reliquis, sentiendum est; & cùm latè volucris huiusmodi esse conscius radicis, adeas librum secundum nostræ methoposcopiæ naturalis; quoniam affatim in eo, tùm de æqualibus, tumuè de inæqualibus agitur horis, cùm præcipuis tabulis, hæc omnia explicantibus. Nos autem nostrum prosequentes institutum, dicimus, quòd apparitio illorum signorũ illa, vel illa forma super vngues, procedit à pri-

ma

ma causa aquæ in corde constipatæ;sed forma, & colores eorum casu exoriuntur,& secundum Planetam dominum horæ,& prædominatorem situationis illius, accipe exemplum; cùm esset Venus domina horæ,& cor emitteret in vnguē scintillam aliquam illius redundātis superfluitas quam habet,non vteretur alia situatione nisi illa Veneris, quæ dominatur vngui pollicis; hocuè in Luna manifestè conspicimus,in quem facit, progressu, per duodecim signa Zodiaci; quæ cum fuerit in signis fœmininis, facilè monet austrum,& ventos eiusmodi, & quando in masculinis,ventos siccos, quod semper eueniret,ni præualerent aspectus.Quò verò ad colores nihil impediunt situationem, nàm si forent albi, vnum tantùm continebunt significatum, & si nigri tantundem, & veluti colores apparebunt,coniecturaliter iudicium proferetur cuiusnàm humor sit qualitatis, & quemadmodū ipse fiet, conspectus, & situatio, tunc significationis erit habenda disputatio,pro cuius intellectu,signorum dabimus rationem, situationē dignorum,& locum,in quo ipsa considunt.

Quàm rectè igitur obseruabis primo quænàm statio sit,idest,si in principio,medio, vel fine vnguis,& vtrùm in dextra,aut sinistra parte; nàm in radice tardiora sunt significata quàm in medio,vel in principio.

Se-

Secundò,ipſorum inquires digitorum ſituationem,ac eorum Planetam prædominantem ; & pro coloribus, ſignificatis vteris in ſuis locis aſſignatis.

Tertiò, tandèm , haud eſt conniuendum vbi nàm ipſa ſigna reſideant,vel in benefici,an malefici Planetæ ſituatione; etenim ſi difficilis erit apparitio,ſcias,eo tempore , quo orta fuere illa ſigna , infortunia maiota importanda fore , ſed præ benefici Planetæ bona ſituatione , fuerunt minæ ex parte ſedatæ , & quando apparebunt alba in loco malefici Planetæ, illud præpeditur bonum,qod poterant proferre, nè ſuccedat.

Vt autē de tuis iudicijs ſit ſecurus, tria, perpendes,digitum ſcilicèt , ſituationem vbi ſignū quieſcit, & colorem; quibus examinatis, quod exquiris nanciſceris ; & vt vnguium tibi pateat dominium,in ſequentibus reſignemus paucis. Craſſus namq; digitus pollex appellatus , Veneri addicitur;ſecundus, qui dicitur index Ioui; Tertius vt medius Saturno ; Quartus anularis Solis,& quintus auricularis Mercurio.

Natura itaq;formans hominem , quinq; ſolummodò digitis inſigniuit,& in ſituandis cœlis , ſeptem ornauit Planetis , oportet ergò his alijs Planetis in ipſis vnguibus locum inuenire; nàm ſecundum,quam fecimus computationē , Mars,& Luna deſunt ; ſuper quò facta obſerua-

tione,ac diuturna experientia,Martem comperimus,ex amicitia,quam habet cum Venere, in ſiniſtra parte morari vnguis pollicis ambarum manuum,& Lunam Iouis tàm familiarem, in digito indice,item ex parte ſiniſtra; Verùm profuſius de hoc ſcripſimus in primo libro phiſonomiæ manuum, vbi phiſicè probamus, lineas ibi apparentes, è contemperamento ſcatere humidi radicalis, veræ cunctarum noſtrarum actionum cauſæ efficientis. Quare,vt omnium, quæ diximus, ad cognitionem faciliùs deueniatur, colores in primis diſtinguemus, ſtationem deindè,ac digitorum ſituationem,& ſignificata demum,quæ ipſa ſigna protendunt.

De ſignis albis apparentibus in vngue pollicis ſituationis Veneris. Cap. I.

OBSERVATIO PRIMA.



QVando igitur apparebit ſignum album aliquod, in digito pollice, ex inferiori parte vnguis, quaſi ſubnexum; eam bonam, & honorificam ſignificat dignitatem, vel graue-

negotium causa mulierum, vel amicorum vulgariorum, vel domesticorum; & mulieri, lucra indicat, ac donationes à viris communalibus. Hoc autem nasci, & apparere signorum horum hac in vngue, erit hora Veneris prędominantis.

Quando in medio, lucra, vel aliquam donationem causa mulierum; & mulieri, familiariũ dona, amicorum communalium, ac domesticorum.

Quando in superiori parte, bonum responsum alicuius epistolæ, tàm amicitię causa, quàm mulierum; & quoties hæc signa videbuntur in tali situatione, indicant, quòd aliquis absens amicus contendet gratum facere, & obsequi; & mulieri literas causa amicorum, & amoris.

Quãdo ex dextera parte, satis laudabilia, honorificaq; onera præstant causa mulierum; & mulieri munera, & vtilitates ex humanitate, & munificentia virorum.

Quando verò ex parte sinistra, quæ Martis est situatio, quam plurimos ostendunt, claros amicos habere negotia gerentes alterius absentis amici, & mulieri, viros sibi patrocinantes magna cum vi amoris.

Neminem tamen præterat, omnia illa signa ex parte dextera apparentia, siuè in radice, siuè in medio, siuè in principio vnguis, in dextera esse iudicanda; si recta via medij, cum suis significa-

ficatis medij,& ſi in ſiniſtra,itèm cum ſuis ſignificatis ſiniſtræ;& quod in hoc pollicis capitulo dicitur, de reliquis omnibus eſt quoq; ſentiendum. Prætereà iterum aduertitur,quòd quanto magis in radice apparebunt ſigna, eo tardiores erunt euentus ſuorum ſignificatorum , & quo magis in principio,eo celeriores,quæ quidem apparitiones nil aliud ſonant , ſecundum longàm noſtram experientiam,& obſeruationem, quàm tranſitus Planetarum.

De ſignis apparentibus in digito indicis , Iouis ſituationis. Cap.II.

CVm apparuerit aliqua punctura,vel guttula alba , ex inferiori parte ipſius indicis , amicitias inire ſignificat cum perſonis religioſis,& præcipuè cum hominibus doctis , ac ſtudioſis;item literas indicat accipere à viris inſignibus,& maximæ expectationis.

Quando in medio , aliquod indicat parare veſtimentum,atq; ſingulare obtinere votum.

Quando in ſuperiori parte,nonnullas quàm primùm facere emptiones variarum rerum ; & inter cœteros bonos ſignificatus, quos hæc ſigna , hac in ſituatione Iouis protendunt, ſunt pecuniarum exactiones,& ſimilia.

Quando ex parte dextera,amicitias cum ho-

norificis personis, à quibus non modica recipietur vtilitas, quarum pleraq; pars, iouiales erunt, ac vehementer fortunatæ.

Quando verò ex sinistra parte, Lunæ situatione, deserta appetere, & solitaria loca ad pœnitentiam, vel Religionem, mutandæ vitæ causa, & quiete viuere. Quod autem in hac situatione Iouis dicitur de homine, dicitur, & de muliere, & sic in sequentibus obseruabitur, quæ ex breuitate præteriemus.

De signis in digito medio situatione Saturni. Cap. III.

Signa alba in digito medio apparentia ex inferiori parte, amicitias indicant seniorum, plebeorum, & rusticorum, ac præcipuè agricolarum, diuitumq; villicorum.

Si in medio, dubium de Religione, vel animum alicuius restitutionis faciendæ de ablatis, vel mutationis vitæ in melius.

Si in parte superiori, curã habere pupillorũ, viduarum, ac alienorum negotiorum; & sollicitudines, quas propterea patietur, erunt lucro, & maximo emolumento.

Si ex parte dextra, maximum desiderium deuelandi amicis, & consanguineis peculiaria secreta, quæ grauia erunt atq; curiosa; & quò

ma-

magis ſigna efficta, eo quoq; magis graue ſecretum.

Si, ex parte ſiniſtra, amicitias cum imperioſis vt dicere eſt, ſtatus negotiorum, conſiliorum; & cum ſenioribus, ac magnæ doctrinæ viris, & hæc ſigna quo plus fuerint, vt guttæ congelati lactis, eo magis vera ſignificata, & ſi clara, vt aquæ guttæ, eo minus ferient quàm lactea.

De ſignis digiti anularis ſituatione Solis. Cap. IV.

QVando alba ſigna apparebunt in vngue anularis, ex parte inferiori, indicat breui tempore habere pecunias, & alijs dare mutuo, vel res aureas. Solent interdum hæc ſigna inſtar guttularum emergere ſphericarum lactis hac in ſituatione, eo quòd ineſt præcipua vena à Sole prædominata, & quo magis ſphericæ fuerint, & bene formatæ, magis verum ſignificatum erit.

Quando in medio, bonas, & honorificas reſponſiones rerum petitarum, & in extrema neceſſitate ſubſidium pecuniarum, & præſidiorũ, ea ex parte, quæ maximo erit adiumento.

Quando in parte ſuperiori, negotia non modici ſubſidij, cum ſpe magnæ dignitatis in propria perſona, quod erit tempore, quo ipſa ſigna egredientur ex vngue.

Quando in parte dextera, honores, magnosq; fauores, cum insolitis quæstibus: & si signa vtiq; vngui respondent vtriusq; manus, magis lucrosæ, ac honorificæ erunt sponsiones.

Quando verò in sinistra, lucrum cum honore, & magnis dominorum fauoribus, verumtamèn hæc tardiora eruntillis de dextera parte.

De signis digiti auricularis situationis Mercurij Cap. V.

Signa alba cùm apparebunt in vngue mercuriali ex inferiori parte, significant emptionis faciendæ cupiditatem, vel curiosos libros habendi causa studendi.

Si in medio, magnum intellectum rerum negotiandarum ad studium spectantium, & ipso tempore faciendi profectum in literis, ac in alio quouis negotio, & mirabiliter ingenium exercendi in speculatione.

Si in superiori parte, bonum nuncium tenere amicorum, & consanguineorum & quo maiora signa erunt, magis clari, & æstimatione digni amici, & consanguinei.

Si ex parte dextera, dona, consanguineorum, amicorum, ac studiosorum, & hæc eueniunt priusquàm signa illa euanescant.

Si ex parte sinistra, adoptionem rerum ad studium

dium pertinentium, negotiorum, literarum; atq; litium, & hoc sat, circà obseruationem signorum alborum: aduertendo, quòd cum apparuerint instar linearum aduncarum, indicāt ipso tempore habere dona, & id experientia probamus, & obseruatione, & quando erunt in pollice situatione Veneris, significant dona venire causa mulierū, & mulieribus causa virorū.



De signis nigris. Cap. VI.

OBSERVATIO SECUNDA.

ORiũtur apparitiones nigrorum signorum, vt in præfatione dictum est, ex hore mœsto, qui, quo abundatior fuerit, libentius faciet ipsa signa apparere, & vt ex facilitate iudicium habeatur, metipso, quo supra, ordine describemus, cuius quidẽ prædominator Saturnus est.

Cum ergò nonnullæ apparuerint guttulæ, siue puncturæ nigri coloris in radice digiti pollicis, situationis Veneris, & Martis, indicant displicentias, molestias, anxietates, persecutiones, odia, & inimicitias causa mulierum, & amoris insidiarum; & mulieri causa virorũ venereorũ,

Quando in medio, vexationes, sollicitudines, ac notabilia damna causa mulierum; & mulieri causa virorum ignobiliũ, humilisq; conditionis.

Si in parte superiori, notabilem aliquam perturbationem causa mulierum, & eò plus, vel minus, quo fuerit punctura, siuè guttula grandis, & formata, & mulieri causa virorum.

Si in dextero latere, semper pergrandes rumores minantur, ac mulierum insidias, & amicorum, & mulieri causa virorum volubilium, futilium, atq; instabilium.

Si in sinistro latere, situatione Martis, iactu-

ras,

ras, & notabile exitium. Caueatis, his ſignis obſignatus hac in ſituatione, ne ſibi aliquod accidat infortunium, & potiſſimum circa verenda, & mulier tali tempore, doloribus vteri ſubdita erit, & ſimilibus affectionibus; etenim ad id, vt plurimum propendunt hæc ſigna nigra in loco Martis.

De ſignis nigris digiti indicis ſituationis Iouis. Cap. VII.

Isciuſmodi punctūræ, vel guttulæ, cum emerſerint in parte inferiori vnguis indicis, iacturam ſignificant rei magni valoris, & id eueniet priuſq; euaneſcant ex vngue, & ſimilitèr mulieribus.

Quando in medio, iacturam auri, & argenti, ac rerum magni prætij.

Quando in parte ſuperiori, iacturam breui faciendam rerum ſatis notabilium, maxima cum anxietate, ac notabili vexatione.

Si ex parte dextera, alienationem bonorum mobilium; ac ſanguinis effuſionem in iſta ſituatione, ideſt, aliqua imprudenter cicatrice affici in propria perſona; item, & mulieribus.

Si ex parte ſiniſtra, amiſſionem dignitatum, & auctoritatis diminutionem, auri, & argenti, ac rerum prætioſarum; At quōniam Lunæ eſt iſta ſitua-

ſituatio , ideò ſignificata huiuſmodi libentius mulieribus, quàm hominibus accidunt, & potiſſimùm honoris amiſſio.

De ſignis nigris indigito medio ſituatione Saturni. Cap.VIII.

APparentes punctura, vel guttulæ nigræ in vngue digiti medij in inferiori parte, comminantur in aliquod incidere perniciosum infortunium, alio notabili caſu; itẽ carceres, perſecutiones, vexationes, ſollicitudines, perturbationes, conſanguineorum necem, amicorum, charorum, & familiarium.

Si in medio, amiſſionem ſpei, in aliquo repoſitæ ſingulari negotio, & quicquid ipſo tempore tractabitur, nihil vnquàm boni euẽturum fore.

Si in ſuperiori parte, pecuniarum iacturam, ac cicatricem infœliciter in propria perſona fore faciendam.

Si ex parte dextera, inicitias cum proceribus contrahendas, mœſtitiam, neruorum affectiones, capitis, atq; ſtomachi.

Si ex parte ſiniſtra, inimicos, repugnaces aduerſarios, inteſtationes curas, moleſtiaſq; magnas; ſunt quippè hoc tempore vitandæ ſolita-

riæ partes, ne in hoſtium incidatur manus, nàm malum potiùs quam bonum inferrent, & raro ſunt viſa hæc ſigna vaneſcere, ni prius notabilia, memorandaq; damna importauerint.

De ſignis nigris in digito anulari, ſituatione Solis. Cap. IX.

CVm apparuerint ſigna nigra in parte inferiori vnguis anularis ſicuti punctura, vel guttulæ; gemmarum iacturam protendunt, pecuniarum, rerumq; magni pretij, quod ſi magnum ſignum, magna, & iactura erit.

Quando in medio, iacturam ſimilitèr auri, & argenti; & eſt cauendum tempore iſtiuſmodi apparitio nis, ne fiat amiſſio honoris, & dignitatis; caueant præcipuè mulieres, ne aliquod incurrant notabile crimen circa honorem, & famam; quandoquidèm hos effectus vt plurimùm hæc ſigna producunt in ſituatione Solis.

Quando in ſuperiori parte, calamitates cum præcipuis vexationibus, quæ quidèm eò maiores forent, quo euidentiora ſigna atq; formata.

Quando ex parte dextera, anguſtias non paruas, cauſa pecuniarum; aduertendo, non eſſe hoc tempore tractandum cum dominis.

Quan-

Quando ex parte ſiniſtra, perſecutiones ex magiſtratibus, & Regijs officialibus, ac vt plurimùm ægritudines cum acuta febri, laticoſquè mœſtos.

De ſignis nigris in vngue auriculari ſituationis Mercurij. Cap. X.

PVncturæ, vel guttulæ nigræ apparentes in inferiori parte vnguis auricularis, indicant vexationes, ac inſignes diſplicentias cauſa iuris peritorum, litigiorum, & anxietates amicorum cauſa, vel conſanguineorummet.

Si in medio doloſas machinutiones, amicos fictos, ſimulatos, & contradictores.

Si in parte ſuperiori, librorum amiſſionem, & ſeriarum tabularum, maxima cum moleſtia, & perturbatione.

Si ex dextra parte, inſectationes ex hominibus ſtudio deditis, & literis. Si forent hæc ſigna inſtar ſphericæ guttæ, grauiores eſſent minæ, eo tamen minus, quo minores erunt eorum apparitiones.

Si ex parte ſiniſtra, infortunium aliquod in manibus, vel cerebro; itèm perturbationem, & ſollicitudinem cauſa latronum, & improborum, licèt domeſticorum, hæc ſigna vehementer

ter mœſtitiæ ſubduntur, cùm ſit Saturnus dominator eorum; & quoties apparent, toties memoranda proferunt infortunia, infauſtaquè prodigia, ac eo peiora, quo in locis, & ſituatione forent luminarium; & ratio eſt (iuxtà obſeruationem in hoc ſtudio probatam) quia nedùm propitia ſunt luminaria, & rapida in progreſſiones, ac tranſitus Planetarum; verùm etiam ob cronocationes, directiones, & reuolutiones, quas, temporis progreſſu, interſe faciunt orbes cœleſtes.

De ſignis rubris in vnguibus apparentibus; Annotatio.

TErtia ſiquidem, quam fecimus, obſeruatio, in hac apparitionum materia, de ſignis rubris fuit, quæ abſolutè procedunt ex ſuperfluitate aduſta, & ſicca mœſti laticis, efficientis cauſæ, vt ſic emergant ignita, atquè accenſa; At ſi aliquando contingit, hæc ſigna ferrugineo videri colore, vel alio ſimilitèr rubro hærente, tamèn, licèt videantur variare, generatim idipſum ſapiunt in ſignificatis, & apparitionibus; ac propterea color hic ſpeciatim rubro conſociatur.

Ve-

Verùm rubrarum harum apparitionum Mars est dominus, cui, calidus cum sit, & siccus, ignis tribuitur elementum, & ruber de coloribus, iracundia, & pars tota irascibilitatis, quæ quippè, præ animi commotione, calefacit, & absquè alia concoctione, emittis momento temporis super vngues talia signa. Monetur insuper, has rubras apparitiones solere citiùs, quàm cœteri colores, sua importare significata.

De



De signis rubris in vngue pollicis apparentibus situationis Veneris. Cap. XI.

CVm ergo rubra signa in vngue pollicis apparuerint ex parte inferiori, vt guttula sanguinis, vel acus acies, tàm in homine, quàm in fœmina, rixas minantur, insidias, & rumores, ac præcipuos inimicos, & machinatores habere.

Si in medio, dãna, litigia, contentiones, & per-

turbationes causa mulierum; & mulieri plebeiorum causa, & primi motus.

Si in superiori parte; itèm insidias, & riuas causa mulierum, & amicorum.

Si ex parte dextra, molestias, & minas, causa communium amicorum, atq; mulierum, & mulieri vexationes, sollicitudines, & imicitias.

Si ex parte sinistra, absoluta situatio Martis, imminens periculum effundendi sanguinis, rixas, rumores, ac vt plurimum adulteria, & perniciosa deliquia; ideò oportet esse cautum in iudicandis similibus apparitionibus; quæ, quo maiores, & formatiores apparebunt, maiora infortunia importabunt.

Memorare lector, quoniam superiùs fuisti admonitus, vt, cùm hæc significata, vel iudicia enunciaueris, quàm bene discernas, an signa rubra, & nigra fuerint cum alijs associata coloribus; vt sunt rubra cum albis, & nigra cum cineracijs, & an respondeant in vtroq; digito manuum in ipsa forma, & situatione; nam eo casu, erit iudicio, significatum forè magis certum, ex quo comprobatur testimonio vtriusq; digiti, & hi, sunt quidèm cordis effectus, foras emittentis dupplices apparitiones; verumtamèn ad maiorem huiusmodi sensum, præmittemus exemplum; quando hæc signa vulnera minitarentur, vel saxorum lapsus in capite, & similia,

&

& in mixtione, ac ſocietate reperirentur bonorum, & malorum colorũ mitigant minas, quoniam fortiores, ac potentiores ſunt boni, quàm mali, itaquè ſauciandus, & ſaxis percutiendus, ictus quidèm recipiet, ſed abſq; lęſione; & quod dicitur de his, intelligas de cœteris omnibus.

De ſignis rubris in vngue indicis, ſituationis Iouis. Cap. XII.

ACies, vel guttæ rubræ, quando ex inferiori parte apparebunt indicis, ſingularia furta decernunt à domeſticis; eſt igitur cauendum latrunculis hoc apparitionis tempore, & potiſſimum à ſeruis non fidelibus.

Quando in medio, leuium iacturam rerum, & præcipuè metalli carum, propter quod, iracundia vehementer foret commouendum, & ægrotandum.

Quando ex parte ſuperiori, furtum breui eueniendum alicuius rei prætioſæ, & æſtimationis; itèm vexationes, magnas animi anxietudines, & circumuentiones ex hominibus, & mulieribus, quibus ſatis creditur.

Quando ex parte dextera, iacturam maximę conſiderationis, rixarum cauſa, atq; tumultum, eſt enim tali tempore præcauendum ab inimicis à vulneratione, vel carceratione.

Si ex parte ſiniſtra, Lunæ particulari ſituatione, ſtuprum, & eſſe percuſſorem, ac malam, & longam perſecutionem, & eo magis, quò maiora fuerint ſigna, aduertitur tamen, quòd hac in ſituatione, ſigna rubra præcinta, & mixta nigredine, vel inter vtrumq; colorem, rubrum ſcilicèt, & nigrum, vt ſunt mala granata, grauiora ſolent, ac difficiliora importare ſignificata.

De ſignis rubris in vngue digiti medij Saturni ſituationis. Cap. XIII.

QVando hæc ſigna apparebunt in inferiori parte ipſius vnguis quacq; forma, vel ſpecie ſint, imminens aliquod prenunciãt graue periculum, & præcipuè tempore Martis; quòd ſi apparitio erit inſtar guttæ ſanguinis, ex repentina, & violenti perſecutione cauendum eſt; ſi forma longa, vt acies auis, minus malum erit ſignificatum; & ſi curuata, breui, & maiori cum vehementia ſuccedet.

Si in medio, ſubeſſe, eo tempore, rixis, & iurgijs faciendis cum hominibus temerarijs, ac inſolentibus ſatis indocibilibus, & immanſuetis; quarè recedendum eſt à rixis, litigijs, ac tumultibus; quandoquidem tales apparitiones grauia ſemper ſolent, ac minacia inferre pericula; & quo maiores erunt apparitiones, eo grauiora,

&

& inſœliciora infortunia.

Si in ſuperiori parte, periculum ſauciari, ac tumultus. Signa hæc, hoc in loco, ſanguinem vt plurimùm inuehunt, vel ſaltèm affectiones ex ebullitione ſanguinis; at ſi talis apparitio foret cum alijs permixta coloribus, & potiſſimùm nigro, vitæ diſcrimen in illa infirmitate, ſi cineracio ſalutem, & ſi albo, minas eſſent parui momenti.

Si ex parte dextra, magnum æſtum ſanguinis bilioſi humoris, & ad iram libentèr commoueri; eſt ergò proſciciendum nè in grauem aliquam labatur infirmitatem, & notabile aliquod infortunium; nàm vltra quòd minacia ſunt ex ſe ſigna, ſunt & in infauſta ſituatione; vitētur proptereà tali tempore, homines iraſcibiles, & primi motus; etenim pars iraſcibilis, tunc magis operatur, & occupat organa rationis, ſine qua non debet homo cum homine conuerſari.

Si ex parte ſiniſtra, facilem commotionem proſiliendi ad actum iraſcibilem, & maximæ fatuitatis; malam quoq; prauamq; indicant proditionem, abſtinendum eſt igitur iter facere tùm aquis, tumuè terris, quoniam furtum protendunt, & ſpoliationem ex inſidijs inimicorũ. Hæc autèm ſigna in illis probanda, qui in manus incidunt exulum, & latronum; & cum apparuerint velut guttę ſanguinis forma ſpherica

ſignificata erunt peiora, & quando exigua, & exilia, vt acus acies, non erunt tanti roboris.

De ſignis rubris vnguis anularis ſituationis Solis. Cap. XIV.

CVm ſigna hæc, in inferiori parte videbuntur vnguis anularis, prægrandem innuunt exagitationem præ grauibus diſplicentijs cauſa dominorum, & martialium; ideò præcauendũ eſt eò tempore ne vinciatur in carcerem, quoniam diutina eſſet carceratio; hæc autem ſituatio, perturbationes ſemper importat, menſis vexationes, & curiæ inſectationes.

Cum in medio, rixas, vel contentiones cum nobilibus, perſecutiones, cum indignatione, ac honoris iacturam; quod ſi apparitio hæc fuerit per vtramq; manum probata, & in eadem ſituatione, prauiora erunt ſignificata, atq; nequiora.

Cùm in parte ſuperiori, litigia, rixas, ac tumultus, cum periculo grauitèr vulnerari; vitãda ſunt enim, tali tempore, cuncta litigiorum genera, in quibus agitur de honoribus, oneribus, officijs, ac dignitatibus; quia Sol dominator eius, tunc vehementer ſe læſum oſtendit, & cor illa rubra emittere ſigna in tali ſituatione, vt aliquam præcipuam nobis indicet directionem, ſiuè re-

uo-

uolutionem alicuius malefici Planetæ, eò tempore, currentis.

Cum ex parte dextera, insidias, & odia multa, & potissimè notabilem ex inimicis iniquitatem aliquam; haud est, eò tempore, negotiandũ de nocte, neq, deserta, vel remota petere loca, procul à Ciuitate; quandoquidèm hæc signa sunt noctu periculosiora, quàm die, & Sol à radijs maleficis Martis offensus, & Luna à cæteris legialibus.

Cum ex parte sinistra, graue vitæ periculum, ac notabile discrimen ex hominibus imperiosis, & nobilibus; sunt propterea declinandę pugnę, & cõtentiones nobilium, magistratuum, ac dominantium, nàm huiuscę apparitiones, hac in situatione, singularia minantur discrimina iustitię; huiusmodi ratio à Sole prouenit, cùm sit eò tempore à Saturno, & Marte maleficis Planetis, pluribus offensus modis.

De signis rubris, vnguis auricularis situationis Mercurij. Cap. XV.

QVando signa rubra apparebunt in inferiori parte vnguis auricularis, tumultus vocãt, insidias, rixas, litigia, ac iacturam fortunæ bonorum; est enim, hoc tempore, cauendum à seruis familiaribus, & similibus; si magna

ve-

verò fuerit apparitio, & circà rubrum mixta nigredine, iactura fouet bonorum stabilium, vel ex sententia Iudicis, vel causa infortunij; si tota rubra, mobilium tantum; si cineraceo, vel mustellino mixta colore, iactura notabilis, si cum albo, iactura esset in fieri, sed non eueniet, quoniam mixtio huiusmodi est ex se natura benefica, nec vllo modo valet malos effectus influere; nàm quoties adsunt hę mixtiones, dulcantur mala significata, pręcipuè quando in maleficis situationibus, bonę mixtionis signa spectantur.

Quando in medio, proditiones, simultates, dolosq; cum displicentia maxima; si huius speciés aciei erit forma grandi, grandes quoq; erũt ęrumnę, & si exigua, leues, & parui momenti, si rotunda, & vt gutta sanguinis, & nigrum illud nigredine mixtum, proditio, vel simultas euenient per Saturninos, & mœstos homines; si mixta mustellino colore, patientes huiusmodi, vir, qui sit, vel mulier, erunt pituitosa natura, volubiles, & lunatici; si mixta cum albo, comminationes non sortientur effectum, immò eò ipso tempore, honor iàm amissus, & fama restituentur. si prorsus rubrę istę apparitiones videbuntur, vt supra dictatum est, proditiones, & simultates, per martiales, & seruiles homines explebuntur, nàm id enunciant hęc signa in hac situa-

tuatione Mercurij.


Quando in ſuperiori parte,rixas,odia,& ſollicitudines,ex facetis hominibus, contemplatiuis,ingenioſis, ac Mercurio Planatę ſubditis, occaſione litigiorum, & ſcripturarum; & quò formatiora, maioraq; ſigna erunt,eoq; prauiora,ac difficioliora ſignificata.

Quando ex parte dextera, aduerſam ſententiam,iuſta,ac legitima cauſa;quòd ſi tempore huius apparitionis, quis fuerit in carcere victus,vel ductus, Iudicum, & miniſtrorum, ac doctorum declinet iracundiam, quia tunc magis odioſos,& aduerſarios patietur.

Quando ex parte ſiniſtra,hominem, tunc téporis,non eſſe in ſuo poſſe decernunt, mente diſtentum,ac ſatis inanibus inuolutum cogitationibus,amentiæ furiam ſapientem,& à ratione fermè alienum. Solent nimirùm hęc ſigna in iſta ſituatione,mortem ægrotis importare, torturam carceratis, cum ſuorum punitione criminum;nauigantibus periculum pyratarum; peregrinis, & viatoribus furtum; mulieribus yteri dolores; parturientibus periculum in partu;in rixis vulnera; & caſus in pueris, ac ſimilibus.

De

De signis cineraceis . Cap. XVI.



SVnt hęc cineracea signa pituosis ascita; qui, præ eorum frigiditate, sunt cruditatibus addicti, vndè postmodum causantur ipsa signa, & amplius tardum restituunt hominem, pigrum, somniculosum, ac malę constitutionis.

Cum ergo emerserint similia signa in inferiori

ri parte vnguis pollicis, nonnulla prębant mediocra lucra, quorum in plenitudine iacturam deſignant cauſa mulierum, ſi apparitio, vt acus acies erit, modica iactura; ſi velut aquę gutta, tractabitur de aliquo negotio, ſed non ſortietur effectum, & ſi curua, iactura lucro erit ęqualis

Si, in medio, vounltariã profuſionē bonorum, amicorum cauſa, & mulierum; ſi fuerint ſigna in vtraq; replicata manu, alijs indicant pecunias accomodare, & non reſtitui; itèm negotia ſine lucro, cum falſis promiſſis; quod ſi agitur de mulieribus, tempus, & ſpes inania erunt.

Si ex parte ſuperiori, dolum in cunctis peragendis negotis, ipſa durante apparitione; ideò eſt à mulierum rebus tractandis abſtinendum, aliàs patiens ſpeciali, ac pręcipua officietur moleſtia; ſi verò ſigna vtriq; vngui manuum reſpondebunt eiſdèm forma, & loco, moleſtia erit maior; ſi erunt, vt acies acus, leuis moleſtia; ſi velut aquę guttę, grauis; & ſi curua, inſtar arcus, breuis erit euentus.

Si ex parte dextera, graues itidèm, ac notabiles vexationes. Solent etiam hæc ſigna propria deuelare maleficia; ſi exilia, vt acies acus, mendacia ſonant, ſi velut aquę guttę, pudorem, ne propalentur malefacta; ſi curua, effugiatur ignominia, & probrum cauſa mulierum. Aduertitur, hanc ſituationem ſatis eſſe periculo-

ſam, cùm hæc ſigna foras emittit; cuius ratio eſt, quia eo in loco maiorem vim habet prædominans Planeta.

Si ex parte ſiniſtra ſituatione Martis, rixas cum familiaribus amicis leuium cauſa rerum, ac parui momenti; tali tempore eſt ab amicis cauendum, ſeruis, & mulieribus, quoniam hi omnes ſunt habendi contrarij. Si forent ſigna, vt acus puncturæ, exiguę erunt moleſtię; ſi ſicut aquæ guttę, grauiores; ſi curua, ſatis breues; & ſi conſona vtriq; vngui manuum, affirmant, hęc tria genera gentium ſupra citatarum, ſcilicèt, amicorum, ſeruorum, & mulierum, vno tempore forè contrarios.

Semper quòd hęc cineracia ſigna, hoc in digito Veneris videbuntur, inſpiciendum eſt in proximis cęteris vnguibus, videlicèt, ſi in indice digito teſtificatio fuerit alterius cinerarij ſigni, caueat patiens ne infirmetur; ſi in digito medio, ne trudatur in carcerem; ſi in digito anulari, ne furto impetatur; & cum pollex, & auricularis habuerint talia ſigna, ſolle nt, vltrà furta, ærumnas, & malas importare proditiones.

De signis cineraciis in vngue indicis, situationis Iouis. Cap. XVII.

QVando in inferiori parte huius vnguis apparebunt cineracea signa, designant aliquam fore contrahendam amicitiam pro aliqua acquirenda gratia, vel subsidio, sed horum nihil obtinendum, & sic tempus consumetur, & spes, quoniam, cui confiditur auidus est, ac modicę remunerationis; Vndè melius est cum religiosis agere, quam cum secularibus; & ratio est, quia Iouis pręcipuum habet in nona dominium, quę domus est Religionis.

Quando in medio, nedum significant spes nō consequuturas effectum, verùm, & propria bona iutura prę medio, ac vanum, & absq; fundamento quicquid tractabitur, nec quicquàm sortietur boni; si autem exigua signa fuerint, & exilia vt acus puncturę, indicant aliquid, quod non dum habent principium, & si instar guttæ nihil prorsus indicant.

Quando in parte superiori, aliquod pręsignant pertractandum negotium, sed non euenturum, quia nimirum phlegmatici sunt agentes, & pigri.

Quando ex parte dextera, amissionem alicuius pręcipui negotij, ac multi ponderis, causa amicorum familiarium; & eò magis erit grauis

amis-

amiſſio, quò magis apparitio magna, & formata; & ſi velut acies acus, paruę conſiderationis.

Quando verò ex parte ſiniſtra, erroneam aliquam opinionem habere pręmente, ſtrauagantem, & ab re, quòd ſi ſigna, vtriuſq. manus vtriq. vngui, & ſituationi conſona erunt, indicio eſt in aliquod incidere ſtrauagantis veſanię genus.

De ſignis cineraceis in vngue digiti medij ſituationis Saturni. Cap. XVIII.

QVando hęc cineracea ſigna aderunt in inferiori parte digiti medii, innuunt patientem libenter deuelare ſecreta ſua amicis familiaribus, quę ſi magna erunt, & formata, aliquam ipſe patiens relinquet amicitiam, ne alicuius redarguatur vitiis, & hac durante apparitione, nouam, cum improbis, ac malorum conſiliorum hominibus, contrahet amicitiam. Si verò ſigna hæc vtriq. manui, in ipſa forma, & ſituatione reſpondebunt, vexationes patietur, ac diſcrimina propriæ dignitati, & honori, mulieres autem abortum ſi prægnantes; ſi virgo ſollicitudines in ſuis actionibus, & ſi mulier menſtrui retentio, at quo magis ſignis nigris adhærebunt, magis abſona, & moleſta erunt.

Quando in medio, incredulus erit patiens in om-

omnibus, quæ dicentur: Apparitio hæc in tali ſituatione, ſemper dicit corporis repletionem, ac phlegmatici humoris, & vitioſi exuberantiam, & quanto magis maiora, & formata ſigna, eò quoq; fortiora ſignificata.

Quando in ſuperiori parte, ea fore illo tẽpore cum patiente pertractanda, vt maximis propterea afficietur moleſtijs, & aliquo, quo fungitur, priuabitur onere, vel officio; quòd ſi nigris, ſigna fuerint conglutinata puncturis, caueat carceres; ſi rubris, vulnera, vel ne infœliciter de per ſe ſaucietur, ſi albis, cuncta in bonum euenient, & metum, timoremq; propellent imminentem.

Quando ex parte dextera, patiens libenter conferet cum alijs propria ſecreta, propter quod experietur notabile damnum; hæc ſigna, exigua quæ ſint, vel grandia, ſemper deliquia promulgat, atq; mendacia; vnde aliquid nunquàm habebit vtilitatis; ſi ijs apparitionibus, nigredinis, vel rubedinis forent connexæ puncturæ, patiens, eo tempore, falſum iuraret in proximum, & ſi vngui vtriuſq; manus reſpondebunt, rectè pro falſitate, à iuſtitia punietur; & mulieribus id ipſum obueniet in ipſa ſituatione.

Quando in parte ſiniſtra, patiens libenter contendet cum aliquo amico reconciliari, non tamen, vt vere pacem ineat, ſed pro præcipuo

com-

commodo suo;si cum signis nigris hæc cineracea fuerint in comitatu, dupplicem illius sentiet hostilitatem,cum quo pacificari quærebat; item carcerum discrimina decernunt ipsius tempore apparitionis, quæ quidem quo maiora extiterint, eò minaciora discrimina; si cum rubris,rixas experietur,& veniet ad manus; sin autem illarum acierum, vel guttarum lateribus,nonnullæ forent annexæ albedinis punctu-ræ, bono, ac fausto potietur euentu in cunctis votis suis,mulieribus verò lumorum expletionem, & quemadmodum cum alijs puncturis comitabuntur, ita & significata sortientur, vt dicere est, si cum nigris, humor mœstus erit; si cum rubris, iracundus, si cum ipso cineraceo; pituitosus;& si cum albo, sanguineus, cum autem ipse apparitiones magnæ erunt, & vt aquæ guttæ rotundæ, tunc magis cerebri decernunt futilitatem, & hoc,tàm viro conuenit, quàm mulieri.

De

De ſignis cineraceis in digito anulari, ſituatione Solis. Cap. XIX.

QVuādo in parte inferiori vnguis anularis cineracea ſigna videbuntur, præſignant patientem ſpes ſuas in alios omninò collocaturum, ſed indè nunquàm aliquid conſecuturum; quoniam, quibus confidit, futiles ſunt, mendaces, & cunctis in eorum factionibus fallaces, ac, ipſa curante apparitione, pluries decipietur. Mulieres autèm ſponſaliorum pro ſe, & alijs negotia tractabunt, nihil tamèn reportabunt boni, nec proficient. Si hæc ſigna fuerint tempore prægnationis, fœminam parient; ſi mixta cùm ſignis rubris, minantur infirmitatem: ſi verò cum nigris, diſcrimen in partu.

Quando videbuntur in medio, multum promittitur patienti, ſed nulla præſtatio fidei, quia ſponſores ſegnes natura ſunt, ac tardi motus; vehementerquè phlegmatici, quare pro iſtorum capienda natura, & vera ad viuum naturali habēda phiſonomia, noſter primus liber legatur planetariç phiſonomiæ, in cuius exordio, de quatuor hominū humoribus agimus plenè, & ſic eorum dignoſces ſpeciem, & phiſonomiam. Hç autèm apparitiones, perturbationes inuehunt mulieribus, ac ſtrauagantes cogitatus; quæ ſi aliorum ſignorum ſocietatem habe-

rent in ipſa ſituatione, vt rubedinis, ſanguinis indicarent effuſionem; ſi nigredinis, mortem alicuius conſanguinei, vel chari ſui; ſi verò albedinis, hæreditatem aliquam; & eò plus vel minus, quo ſigna ipſa videbuntur; pro ſolis autèm cineraceis, debet, ipſo tempore, mulier ſui ſtatus habere rationem, parentibus præſtando obedientiam, fratribus, ac marito, & propriæ dignitati proſpiciendo, filiam inquimus, pupillam, nuptam, atq; viduam.

Quando in parte ſuperiori, indicant, negotia, quæ, eo tẽpore peragenda erunt, non ſortiturũ iri effectũ, quia patiẽs nõ erit ſedulus, & ſponſor illũ ſemper doloſis circũueniet verbis, atq; ſimulatis. Mulieres de nuptijs agentes fraudabuntur ab amaſijs, ſpe, dolis, & blanditijs eas paſcentibus; & ſolùm id facient otij traducendi, & non vt ſponſas ducant, qua propter debent tali tempore conſtantia ſe munire, nec irà leuiter fidem præſtare amatoribus, vt non volubiles, & vanæ, ſed honeſtæ habeantur atquè modeſtæ. Sin autèm ipſa ſigna cum albis fuerint in comitatu, tunc dicendum, eorum ſponſalitia bono fine vſura fore, & ipſæ non fraudandæ.

Quando ex parte dextera, diminuentur munera, & gubernacula patienti, modica cum dignitate ſua, & exagitationes, ærumnaſquè ſentiet enormiſſimas, & ſi cum albis hæc ſigna fue-

fuerint in mixtione, periculum quodquè propellent, & quicquid ipſe deſiderat, obtinebit; ſi verò cum nigris, in deterius abibunt negotia; & ſi cum rubris, ſanguinis erit effuſio; mulieribus, domeſticas protendunt moleſtias, puellis cum progenitoribus, & nuptis cum proprijs viris; & quanto magis grandia ſigna fuerint, ac beneformata, eo quoq; grandiores moleſtiæ.

Quando ex parte ſiniſtra, promiſſiones, magniq; fauores, & gratiæ ſpondentur patienti, & præcipuè a dominis, ſed horum nihil eueniet, quoniam ſponſores ſegnes erunt, & ſomniculoſi, nec libenter promiſſa ſeruabunt; ſi cum nigris hæc ſigna aderunt, caueat hoc tempore patiēs ne cum dominis contendat, quia periculum ſibi conflaret, & quod vtilitati ſuæ adipiſci curaret, redundaret in detrimentum.

Mulieribus verò, dolos minantur, & fraudes hominum ſimulatorum, & ſi cum nigris fuerint in comitatu, periculum probabunt honoris; ſi cum rubris, aduertant ne propria culpa ſanguinem fundant; ſi cum albis, magna ex parte ſedabuntur infortunia, & cuncta ſua deſideria vertentur in bonum; & quò maiores erunt apparitiones (vt alias dictum eſt) eò periculoſiora minacia; ſed quando vertuntur in bonum, certiores erunt, quas promittunt, ſpes.

De signis cineraceis in vngue auricularis situationis Mercurij. Cap. XX.

CVm hæc signa apparuerint in parte inferiori huius vnguis, asserunt patientem teneri strauagantibus cogitationibus, rerum scilicèt studio, & suæ conditioni conuenientium, quę nullum quidem sortientur effectum, ex quo temeraria, ac prorsus à ratione dissona excogitabit. Itē mulieres vana, & irrationabilia erunt sectantes, & aures rebus futilibus, strauantibusq; præbentes; si fuerint hæc signa cum rubris, vel nigris conglutinata signis, portenta satis peiora forent. sed si sepra albis, quascumq; pacabunt iniquitates, quas inferre valerent.

Si in medio, bona voluntate feretur patiens incumbendi negotijs, & mutandæ vitæ; sed citò in diuersa rapietur, nec firmus erit in vno cōsilio, sed varius, vt ventus. Abortus minantur mulieribus, & infirmitates; si fuerint annexa cū signis nigris, discrimen maius erit; si cum rubris, effusionem sanguinis, si cum albis, lętabitur de bono nuncio amicorum, & consanguineorum; & si solùm cineracea erunt absq; alia mixtione, vt prætactum est, memorentur esse fideles, ac documenta seruare timentium Deum, & Sanctę Ecclesiæ.

Si in parte superiori, patiens erit in cogita-

tione

tione alicuius responsi, quod multum sibi interest, sed non aduenie, quoniam à dolosis, mendacibusq; hominibus præpedietur, vt ideò delusus manebit. Itèm fallacias, ac proditiones decernunt hæc signa mulieribus circa promissiones, verumtamèn si sponsor senex erit mœstus atquè phlegmaticus, ità vt ad Saturnitatem tendat, patiens facilè obtinebit sponsionem.

Si ex parte dextera, ad grauia, & magni ponderis negotia, patiens mittetur, sed aliter atq; succedent ei, quia hebes, & crassus ingenio erit, nec vsum habebit ad huius onus officij aptum, & mulier cum sit, aliarum mulierum negotia tractabit valde secreta, & ponderosa, sed ignauia sua, facilè patebunt, nec bonum effectum assequentur: si signa verò fuerint permixta nigredine, notabilia minantur infortunia, cum satis grauibus molestijs: si rubedine, caueat ne proptereà saucietur; si albedine, minacia prorsus sedabuntur tàm viro, quàm mulier, & eloquentiores, solertioresq; erunt in loquendo, & negotijs peragendis.

Si ex parte sinistra, negotia committētur patienti, quæ maximè videbuntur ei esse grauitatis, sed breui euanescent sine effectu, qua propter maxima ipse poterit iracundia ferri; caueat ideò, nè, præ bile, & pituitis, quæ agitant in

corpore, infirmetur. Mulier verò his tacta signis, itineribus erit addicta, quæ tamē minimè erunt ei propitia; si cum rubris fuerint admixta, iracundiam sentiet, molestias, et rixas in itineribus; si cum nigris, nihil boni proficiet, immò notabilem faciet iacturam, et si cum albis, vehementer minacia fortuna mitigabit.

Nè morosè accipiant lectores, quòd de cineraceis istis, magis quàm de alijs signis, copiosius disputauimus, et potissimè circa mulieres; ex quò talia signa, cùm sint phlegmaticis hominibus attributa, magis congrua sunt ipsis mulieribus, tanquàm huic humori subiectiones; et vt nōnulli peculiares effectus facilius noscātur in vnguibus, declarabimus in hoc supremo capitulo, cui, de quatuor humoribus; sint vngues manuum suppositæ, quod quidèm curiosis, maximo erit progressui, ac doctis, nedùm artis huiusmodi, verùm et cuiusq; vtilis, honesteq; doctrinæ.

Modus cognoscendi cuindm de quatuor humoribus vngues manibus sint addictæ.
Cap. XXI.

VT sis huius obseruationis dominus, cuius sit habitudinis humor hominis oportet agnoscere, & ad hanc cum adueneris metam,

se-

securus esto reale tenere fundamentum, non solùm obseruationis istiusmodi, sed etiam totius phisonomiæ corporis humani. At quoniam membrorum nostrorum omnis compositio ex humore pendet, hominis ipsa membra tibi aperiet qualitatem animi, & ad quid plus, vel minùs sit ipse procliuis. Quarè, vt venias ad praxim, elementa satage cùm humoribus semper concordare hoc modo, videlicèt, aerem cum sanguineo; terram cum mœsto; ignem cum iracundo; & aquam cum phlegmatico; & pro speculo, in quo hæc omnia inspectaturus eris, ipsæ tibi constituuntur vngues (postquàm hac in disputatione de vnguibus peregimus) & prętermittimus cætera membra omnia, per quæ ad ipsam vtiq; valeres deuenire notitiam, cùm iã in primo libro nostræ Planetariæ Phisonomiæ, pluries à nobis citata in alijs occasionibus, latè descripsimus. Non te ergò fugiat sanguineos, præ aere, vngues habere lucidas, infucatas, ac vehementèr rotundas; mœstos, præ terra, pallidas, exangues, ac nigras, & longa magis quàm alia forma; iracundos præ igne, maculosas, tinctas, ac varijs aspersas coloribus, & angustiora forma præ ceteris; pituitosos, præ aqua, pallidas, & nubilosas, quarum luciditas est maculosa, & sine splendore, breui tamen, & lata forma.

De præcipuis effectionibus, quas alba signa faciunt, quando apparent in vna de quatuor humoribus, & primò de sanguineis agemus aeri adscitis.

CVm in sanguineo albæ puncturæ, vel guttæ emerserint, lætitiam habebit, honorum incrementum, ac bonos, fœlicesq; successus.

Quando in mœstis, bonorum accumulationem, & exaltationum.

Quando in iracundis, magnam animi serenitatem, & plusquàm solitò voluptates.

Et quando in phlematicis, salutis magnam auctionem.

Hæ siquidèm alborum signorum apparitiones è bene cocto, atq; purgato proueniunt humore, tàm tenui, vt nequeant emergere alia forma, nisi alba, & hæc sanguineorum natura, tribuitur benefico Ioui.

De signis nigris in sanguineis, & alijs humoribus.

SIgna nigra in sanguineis, vexationes innuũt; & officiorum diminutionem, ac dignitatũ.

In mœstis, magnam suorum bonorum iacturam, ac mœstitiam plus solito.

In iracundis, grauem, & periculosam valetu-

di-

dinem, ac animi perturbationem, & occupationem.

Et in phlegmaticis vexationes maximas, cruditates, & corporis modicam ſalutem.

Ex frigido, ſiccoq; humore hæc nigra ſigna cauſantur, nàm prę craſſa, quam in ſe retinet, denſitate, illas non valet digerere cruditates, vndè poſtmodum oriuntur ſigna illa nigra, malefico Saturno attributa.

De ſignis rubris in ſanguineis, & alijs humoribus.

RVbra ſigna in ſanguineis, ſubitam perturbationem ferunt, & iracundiam.

In mœſtis, ſingularem perniciem, & angorē.

In iracundis, ſanguinis effuſionem, iram, & contentiones.

Et in phlegmaticis, excruciationes, ac ſuperfluos, vitioſoſq; humores.

Ex aducto, ac inflammato humore, rubræ naſcuntur apparitiones, quarum vapores, ob calidam, quam habent, ſiccitatem, ipſas effingunt apparitiones.

De signis cineraceis per quatuor humores.

CVm fuerint sanguinei signati cineraceis signis, timore ferentur, & metu; hoc enim euenit, quia virtus crescens, & generãs Iouis, ijs quandam defert superfluitatem crudam, quæ quidem, nihil præstat, nisi timorem.

Męsti domestica furta patientur rerum familiarium, quia tunc magis læsa erit retentiua virtus, cùm in ventriculo fuerit retenta frigiditas, harum causa perpessionum furti.

Iracundi magnam degustabunt iracundiam, & iræ lacessitationem, quoniam virtus attractiua læditur à Marte, & humores iracundi, ac biliosi, dum commouentur, mentis afferunt exagitationes, atq; cogitationum.

Phlegmatici, crudorum humorum perpessionibus agitantur, ex quò Lunæ animalis virtus est in iecore læsa ob superfluos humores ipsam cruditatem causatores.

Hæc namq; cineracea signa, è Solis fluunt vitalis virtutis infirmitate; quandoquidem chilus cùm non sufficienter concoquitur, ipsas foras emittit apparitiones languidas, ac modicę speciei; nàm si foret ipsa vitalis contemperata à Iouis generante virtute, & Veneris appetitiua, abundè chilum generaret, nec eo colore signa produceret.

Cùm

Cũ ergò ſigna huiuſmodi videbuntur, perſpicuum eſt, Lunæ virtutem animalem (quemadmodum præmiſſum eſt) eſſe debilem præcraſſorum excrementorum nimia copia, quæ ex pituoſis procreantur humoribus, qui, cum nequeant concoqui, tales eliciunt apparitiones, & inconſtantiam inducunt, ſegnitiem, ac erroneas in mente opiniones.

Præterea; ex retentiuæ Saturni imbecillitate, nonnullæ prodeunt cineraceę apparitiones, quę quippè cunctationes ſolent importare, mala conſilia, incredulitates, vexationes, imbecillitates, atq; finctiones, ac talis eſt debilitas hæc (ob quod fit in ventriculo impedimentum, vbi ipſa viget retentiua) vt, ex phiſicis terminis, ratione nil aliud valet inferre, quàm ipſa ſignificata.

Sed vbi à creſcente, & generante virtute manant apparitiones. albæ ſunt, lacteæ, & pulchra ſpecie, quæ quidèm virtus, formam informat corporis, & quemadmodũ plus, minuſuè habilis fuerit, vel ęgra, ſic & effinget ſignorum apparitiones, cumq; poſtmodum cæteræ virtutes obijciuntur inter ſe, ſolent apparitiones cineraceæ variatæ videri, ac tunc ſpes falſas decernunt; & cogitationes, quas homines mente peruolent, nihil proficient, ob inconſtantiam, ſegnitiem, indecentiam, ac erroneas opiniones, quas in cogitatione conſtipatas retinebunt.

In-

Indifferentes verò apparitiones, quæ nec nigræ videntur, nec albæ, ex attractiua, in venis miseraicis residente, nascuntur virtute, quòd si prorsus albæ forent, quàm sufficiens virtus esset, bene mixta, & concocta cum vitale; & si omninò nigræ, non dubium, quin ex frigida interiecta infirmitate scaterent apparitiones, si rubræ, ex bile superuacua cùm itaq; cineraceo sint colore, procul dubio, humor crudus est, proptèr quam habet intemperantiam, ac eo modo excitant apparitiones, & solent iacturas minitari, furta, dolos, perturbationes, proditiones, atquè rixas inter proprios amicos.

Solent quoq; ex Veneris appetitiua virtute emergere hæ cineraceæ apparitiones, quæ seruatur in gustu, cùm tamen inæquabilis reperitur cùm retentiua Saturni, & Martis attractiua; sed quando à sola vi procederent ipsius appetitiuæ, omninò nigræ forent, & non mixtæ; at vbi Martis in illa adustio præualeret, quæ humidum ambureret radicale, ignite viderentur apparitiones; in qua si Iouis generans præstaret, albæ essent, ac bene effinctæ, quòd si nullà horum adfuerit congruentia, et cineracea appareant, necesse est, & iacturas inuelant causa mulierum, & mulieribus causa virorum; ac etiam causa amicorum, negotiorum sine præmio, contradictionum, perturbationum, atq; defectionum famu-

mu-

mulorum,& famularum:

Proueniunt etiam ex Mercurij imaginatiua, quæ eſt in cerebro;ſed quoniam imaginatio,& cerebrum non ſemper in eadèm ſunt firma ſententia, variæ nonnunquam cernuntur apparitiones, hoc eſt, modo longæ, modo rotundæ, atq; quadratæ,& ſimiles,propter quòd, ſignificata quoq; erunt diuerſa;& ſi hæc imaginatiua eſſet coniuncta vitali, & foras emitteret ex his aliqua ſigna in iſta ſituatione, vitę præfiguraret incrementum,ſtatus, vigoris, & corporis bonæ habitudinis.

Solis autem vitalis virtus,cùm in bona fuerit diſpoſitione,efficit,vt ſigna appareãt benè formata,quæ ſi magna extiterint,vtiq; magna erũt ſignificata,& exigua, ſi exigua, & hoc totum pendet à prima, ſuperiùs commemorata, cauſa, ſcilicet ex aqua in corde conſtipata, ceù principium, & motrix, nedùm apparitionum,& eorum affectionum,verùm,& veræ originis,vndè hæc ſigna trahuntur; vt ideò, ſtudioſos oportet ſcire naturas,qualitates,ac iter ſtellarũ,quæ per aſtronomicas habentur; quandoquidèm ex duodecim effectionibus, quas Sol perficit,formantur Zodiaci duodecim domus; Quare,cum Sol ſit (vt prætactum eſt) actualis dominus vitalis,conſiſtentis in corde, certum eſt,quòd in vnguium operatur apparitionibus, iu-

iuxtà ſignum, in quo reperitur, nec ſolùm iuxtà ſignum, ſed iuxtà gradus, quia in ſtatutis gradibus manent ſtellæ fixę; operatur etiam ſecundùm aſpectus, quos eo tempore recipit, quo influit, generando primordium apparitionis. Et vt hi ſolis effectus pateant, ſpectetur in opuſculo noſtro, quod, de Neapolis contemperamento ædimus, quoniam ibi Solis inſpiciuntur effectus; ac cœterorum omnium Planetarum.

Cum igitur è vitali virtute aliquod in digito anulari oriretur ſignum, & Sol eſſet in Ariete, domo Martis, ſua exaltatione; & ſignum foret cineraceum, aduerſam in ilibus proponeret valetudinem, & id eſſet, quia imaginatiua Mercurij foret conglutinata cum illa Solis. Si Sol eſſet in ſigno Tauri, domus Veneris, & Lunæ exaltationis, ęgritudinem præſignaret in gutture, ac circà genua; ſi in ſigno Iemini domus Mercurij, & exaltationis capitis Draconis, inualitudinē in cruribus, brachijs, ac pedibus; ſi in ſigno Cācri domus Lunæ, & Iouis exaltationis, circa pedes, & finitima loca; ſi in ſigno Leonis proprię domus, perpeſſiones in capite; ſi in ſigno Virginis, domus, & exaltationis Mercurij, in ore, lingua, & gutture; ſi in Libra domo Veneris, & exaltatione Saturni, circa humeros, & eorum confinia; ſi in Scorpione Martis nocturna domo, cogitationum imbecillitatem, cordiſq; deli-

liquium;ſi in Saggittario, domo Iouis, & exaltatione caudæ Draconis,pleurides, termina, matricaleſq; dolores; ſi in Capricorno, domo Saturni, & Martis exaltatione, ægritudines in dorſo,finitimiſq; locis; ſi in Aquario ipſius Saturni domo,in genitalibus,& loca circùm, & ſi in Piſcibus domo nocturna Iouis, & Veneris exaltatione,laterum,dolores,renium, ſeminiſq; retentionem.

Cùm ergò hæc Mercurij imaginatiua ſit facilis cum Sole communicari,ideò ſuos effectus, ſub propoſitione deſcripſimus, & conditione Mercurij,qui,vt plurimum in eodem ſigno cum Sole videtur eſſe in cœlo, ſaltim cum gradibus viginta ſeptem, Itaq; ſi Mercurius fuerit cum imaginatiua,qua cerebrum protegit,& cum Saturno comitaretur, clarè cognoſceretur, quòd tàm ipſa imaginatiua, quàm retentiua, id ipſum proficent;quandoquidèm,obſeruatum eſt, quia Sol, quando cum Mercurio reperitur, duorum ſolium officio fungitur;& ſi fuerit imaginatiua cum creſcente Iouis,conſpiceretur iſta ſubdi illi Mercurij, ceù aptiori parti, & magis ſpirituali, ac in omnibus operibus præualere.

Poſtmodum ſi accidit imaginatiuam, Martis attractiuæ miſceri, adaugetur magis, & in augendo,cumulum quoq; facit ſanguinis in venis miſeraicis;ſi cum appetitiua Veneris,conuerti-

tur

tur in ipſam;Ac tandèm ſi cum Lunæ animali, ipſam animalem magis addit;ad ſummam,ea eſt natura Mercurij,vt cui inhereat, ipſi conformetur.

At quoniam planetariȩ virtutes, corporeis reſpondent,perſpicimus vitale, reſidentem in corde,efformare neruos, cerebrum, & ſuas influentias influere in oculum dexterum, ac totam hominis partem dexteram.

Animalis Lunæ virtus præſidens in hepate, guſtui præeſt ſtomacho,Ventri,pudendis oculo ſiniſtro hominis,ac toti mulieris dexterȩ parti.

Retentiua Saturni, in ventriculo conſidens, dominium poſſidet in aure dextera, liene, & veſſica.

Creſcens,& generans Iouis,tactui dominantur.pulmoni,coſtis,cartilaginibus,ac ſpermati, ſiuè ſeminis receptaculo.

Attractiua mansis venas tuetur miſeraicas, auditum,oculum ſiniſtrum,renes, venas, atquè teſtes.

Appetitiua Veneris,eſt domina guſtus,odoratus,iecoris, atq; carnis totius compoſitionis.

Mercurij demum imaginatiua,vim habet in cerebrum,linguam,fel,ambas narices, naſum, memoriam,totamq; deliberationem,quam diſponere poteſt humanum compoſitum.

Vitalis ſiquidem Solis virtus, annos tribuit ma-

maximos,mediocres,& minores, vtputà, centum viginti,ſexaginta nouem, & decem, & nouem.

Animalis Lunę, centum & octo, ſexaginta ſex,& viginti quinquè.

Retentiua Saturni, quinquagintaſeptem, quadraginta tres, & tres.

Creſcens,& generans Iouis, ſeptuaginta nouem,quadragintaquinque,& vnum.

Attractiua Martis,ſexaginta ſex, quadraginta,& quindecim.

Appetitiua Veneris, octuaginta duos, quadraginta quinque,& octo.

Et imaginatiua Mercurij, ſeptuaginta ſex; quadraginta octo,& viginti.

Prætereà anni maximi tribuuntur apparitionibus benè formatis. Mediocri,mixtis,& cõtemperatis,& minores, nec principium habentibus,nec finem,vt ſunt infantuli, quorum vngues vno iſtanti guttulis plenæ videntur, quæ poſtmodum ictu oculi euaneſcunt, & hæ nullam habent ſignificationem.

Eſto igitur prouidus, & quod iudicaturus eris attente obſerua, quandoquidem admiratione conſpicies,& extaſi,quàm liberalis fuerit, & prodiga natura magiſtra,quæ,(vt ſis doctus, & capax)voluit occulta ſua ſacreta in centum, mille modis tibi propalare,& explicare,quæ in

intimo sui centri, recondita seruabat; nihil ad summam in hominem collocauit, quod altissimo non fuerit misterio, & excellenti architectura; è quibus apparitionibus, interni, externiq; nobis innotescunt effectus; interni scilicèt pro futuris successibus, & externi pro ipsa signorum apparitione. Verum, quomodo hęc natura agit, metipsa tibi in hominis compositione ostendit, in quo primum, & secundum mobile spectantur, cœlum christallinum, stellatum, Planetas, elementa, cunctosq; quos possunt effectus generare cœli; quinimò ipsamet posteà obstupescit, hunc hominem considerando ex sola phisonomia, quę de toto agit humano corpore; deindè ex methoposcopia, quę de frontis lineis pertractat, exindè occultorum opthomia, in qua occultos cernit cogitatus; manuum lineationibus, per quas futuros agnoscit progressus; ac tandèm per pedum pedomantiam, veram planetarum situationem. Quamobrem appritiones istæ in vnguibus, phisonomia, opthomia, lineationes, & pedomantia, vera dici possunt esse vaticinia.

Has namq; guttulas, voluit natu in vnguibus apparere; vt curiosus facilius queat aliquod singulare decernere significatum; quę licèt momentaneæ, significantes tamèn sunt Ideò priusquàm ad iudicium deueniatur illius, quod iu-

di-

dicandum erit(coniecturalitèr loquẽdo)quinq; essentialitèr, vt sciat, oportet, vtpotè, situationẽ primo, qua sciet, ad quid natura formauerit in illo loco illud signum.

Secundo apparitionem, qua simplicem intelliget significationem præcipuarum specierum significatuum.

Tertio colores, quibus diuersitatem cognoscet formalium specierum in humano plasmate occurrentium.

Quarto formulum, qua plus & minus, distinguitur successuum.

Quinto verò, humorem, quo veram primorum principiorum determinationem discernet, ac phisicum fundamentum.

Scietq; prætereà, ipsa cum situatione congruentes effectus circà ipsam determinationẽ.

Cùm apparitione, differentiam, quę inter formam est, & materiam.

Cùm coloribus, quemadmodum à diuersitate particulares species secernantur.

Cùm forma, coniecturam, qua iudicium infertur.

Ac deniq; cum humore, naturam rerum, quę conspiciuntur.

Situatio Topica loca significat Planetarum.

Apparitio dicit in qua parte vnguis apparẽt signa iudicanda; propterea enim quinq; sunt or-

dinibus diſtributa, videlicèt Radice, Medio, parte ſuperiori, dextero latere, & ſiniſtro.

Colores, qui ſint ſimplices, quiuè mixti; ſimplices, ſunt albi, rubri, nigri, & cineracei; mixti verò, quando alter alteri coniuncti apparent, vtpotè albus, & niger, albus, & ruber, albus, & cineraceus, & ſic de cęteris.

Forma ſonat, qua ſpecie ſigna ipſa apparent, ſcilicèt, ſi ſperica, ſemiſpherica, curua, recta, octangulari, & ſimilibus.

Humor poſtremo indicat, quis de quatuor ſit ſangnineus, cum quo vadit color albus, vel iracundus, cum quo ruber incedit, vel pituitoſus, cum quo meat cineraceus, vel mœſtus, cum quo migrat niger, at ne lectoribus moleſti, & prolixi videamur, huic noſtræ diſputationi finem damus, ex qua prægrande etiam poteſt cõmodum hauriri, præ, quæ ibi dantur, monitis. Aduertendum tamèn eſt, has noſtras obſeruationes puras intelligimus eſſe coniecturas, & non iudicia; quandoquidem iudicare, non ad ſecundas cauſas, ſpectat, nec homines, ſed Deũ primam cauſam, qui iudicat, parcit, & punit.

FINIS.

TABVLA

Poteſt imprimi.

Fr. Ioſeph de Rubeis Ord. Min. Conu. Emin. Card. Philam. Theol. & Conſult. S. Offic.

IMPRIMATVR:

Gregor. Peccer. Vic. Ven.

Reg. fol. 47.

PRIMO LIBRO DE NEVI DI FILIPPO FINELLA.





IN ANTVERPIE M.DC.XXXII.

Con licenza de' Superiori.

A

G





pietr
tiene
quell
tiene
lentie
incen
pietra
ta alla
vno i
l'vno
qual'
pregg
accela
ſuo n
tiche,

Al molto Illuſtre Signore, &
Padron mio colendiſſimo.

IL SIGNOR GIO. BATTISTA DE FRANCO.


Ra le più nobili merauiglie, non vi è coſa che rechi merauiglia maggiore quanto l'occulta virtù delle coſe, & in particolare dell'herbe e delle pietre, vogliono i' Naturaliſti, che frà le pietre vi ſia la pietra detta Efeſtide che in ſe tiene tal virtù occulta che poſta nell'acque quelle in vn ſubito ſi riſcaldano, l'altra virtù che tiene e che ſi ſe oppone à i raggi del Sole, volentiermente accende il foco, in guiſa tal che incende. Queſta occulta proprietà di queſta pietra parmi in tutto & attualmente aguagliata alla perſona di V. S. Illuſtriſſima poiche in vno iſteſſo tempo, produce inſieme due effetti l'vno di riſcaldare l'altro d'accendere; accende qual'hora in lei ſi conſiderano le rare, e ſue preggiate virtù, ſi che i virtuoſi l'ammirano, & acclamano; riſdalda poiche fraponendo io il ſuo nome nella frigida acqua di queſte mie fatiche, reſta il mondo appagato delle ſue gran-


dezze, e restano elle riscaldate in guisa che maggiormente mostrano le virtù, si per l'effetto dell'acque, come per la proprietà de' raggi del Sole fraposti fra essi e questa pietra; oltre che son poi di certo che volendo far proua il mondo delle sue virtù, lo farà con l'acqua di questo mio Centenio di neui all'Efestide del suo nome congionto, assicurando i professori di questa scienza che se vorranno vedere la seconda proua, vedranno à raggi di questo Sole accendersi il fuoco mentre nell'obliqua fascia del Zodiaco si farà iui comparere in ciascheduno di essi Nei la Stella fissa lor predominante prenda intanto V.S. Illustrissima queste mie pouere fatiche riscaldate & accese dal suo nome con quell'affetto che da me se li porgono che spero farli godere i frutti di dolcezza assai maggiore pregandoli dal Cielo quel tanto che desia da Napoli li 8. di Marzo. 1632.

Di V. S. molto Illustre


Affettionatissimo

Filippo Finella.




PHILIPPVS PHINELLA ÆTATIS SVÆ ANNORV M·XXXXVIII·
M·DCXXXII·

ALLI STVDIOSI LETTORI



LI esperimenti Fisonomici & Metroscopici da noi nel progresso di molto tempo con le cõtinue fatiche & osseruationi ci hanno facilmẽte indotti a trattar anco de Nei che per natura sogliono apparire nel viso humano, e rimanente della persona; la cui degna impresa (ancorche difficile, e faticosa) tãto più volontieri habbiamo abbracciata quanto che da quella s'habbi da cauare, oltre la curiosità qualche lodeuole, & honesto frutto. E per ridurre così grand'opra al suo desiderato fine, con quella lode, che a tanta fatica si conuiene; habbiamo in tre maniere fatto esatta osseruatione, non in pochi soli, ma in infiniti quasi personaggi per ispatio di sei lustri, con la Fisonomia, Metroscopia, & comprobatione delle loro geniture: Et tutto questo, per hauerne l'origine, e saperne la ragione, le quali hauute, ci risoluemmo anni sono di farne un raccolto (poiche in più parti diuisi erano) e postone per ordine in questa nostra prima parte un centenio, con la breuità possibile hora l'espo niamo al mõdo, acciò (come dicẽmo) possa ciascuno riceuerne alcun frutto. Qual ordine comincia

